

A Contingere autem eam Hugo abnuat, nisi eum ipse nudam porrigeret dexteram, nuda etiam a Calypso porrigeretur. Itaque Hugenius gravitas extorsit, ut nudam ipse quoque dexteram Calypso daret. *Fulg. lib. 6. c. 4. & Egnat.*

Ludovicus Bavarie dux, apud Henricum eiusdem familie principem in carcere cum servaretur, nunquam illi ad se veniret asserit, neque capite annuit, neque quod ab eo pereretur, suaderet, quicquam fecit: Eum vultum, eam severitatem retinuit captus, qui cum liber esset, uti solebat. *En. Sylv. lib. 3. Com. in Panorm.*

Principes quidam Germanus nostra memoria, profectio- ne in Gallias suscepta, non procul Genus luteo itinere equo excussus, nec ipse cum posset, exurgere voluit, nec a suis se attolli passus est, donec post horam unam aut alteram Comes Gruerius vocatus supervenit, qui porrecta dextra hominem è luto extraxit. Dedeccori sibi fore arbitrabatur, si ab alio, quam à principe viro princeps attolleretur.

Canutus. Obortorum Rex, à Lothario Imp. ductus, in provinciam Slesvici descendit, Nicolao regi Danorum patrio occursum. Erat in regia Slesvici locus instructus. Sec- dit Rex senior in throno suo coronatus: ex adverso sese collocaverat Canutus, itidem coronatus. Id vitio datum viro integerrimo, quòd in regno suo superiorem regem non susceperit. Ille Saxonum coloniam ibi esse ducens, licere putavit, quasi in limite Romani Imperii, federe coronatum. Patrius, quum videret nepotem sibi non assurgere, nec offerre ex more gentis osculum, ipse surgens, cepit transire ad Canutum, oblaturus eis salutationem prosperam. Cui ille mox occursum ex medio sese per omnia patrio & dignitate & loco vitus est adquare. Id factum Canuto lethale concidit. Nam Magnus, Nicolai filius, à matre instigatus, quasi contra regni æmulum, virum optimum specie amici colloqui in Daniam invitatum trucidavit. Cujus mortem frater Ericus ultus est: cæso Magnæ & Nicolao, regno Danie potius, Vandalia quoque regnum à fratre hereditari- um accepit: & hinc videntur Danie reges titulum quoque regni Vandalia usurpare cepisse. *Crantz. lib. 3. Vandalia, cap. 34. & 36.*

Miserat ad Uladislaus Bolemie regem, Matthias Hun- garie Rex, æmulum, Joannem Varadiensem Episcopum, qui eum ad colloquium de pace transigenda invitaret, eique rei certum locum, certumque tempus constitueret. Placuit utrique mense Junii in Moravia ad urbem Olomucum coire. Matthias more suo ambitiose, ita tardè iter faciebat, ut xv. dies Uladislaus in Novo, quod vocant, oppido expectare coactus fuerit, antequam Olomucium ille ingrederetur. In- de quoque cum nova ambitione obviam prodibat, nudo v- delicet capite, ac viridi tantum fetto coronatus, ne ipse cap- tum hospitii aperiret: sed eum potius honorem ab illo sibi haberi ambitet. Bohemi cognita Matthiæ arte, Regi suo insulstrant, ut tegmen capitis sui zona sic planè innotet, ut explicari nequeat. Quo facto evenit, ut præter omnem opi- nionem, Hungarus nudus capite, salutare rectum capite Bohemum, deducereque ut hospitem in hospitium prosep- tante, à fenestra Beatrice Regina, amoremore tacitum ex conspectu novi hospitis forma conspicui hauriente. *Dubrav. l. 13. At Curenus in Silesia Annalib. hoc tribuit Matthiæ Corvino & Casimiro Polono, posteaquam diu varia fortuna de Silesia contendissent, & pacis causâ prope pagum Mocor ante urbem Uratislavam convenissent.*

D. NOBILITATI GENERIS.

M. Minutio & P. Curatio Coss. C. Canulejus Tribunus plebis rogationem promulgavit de connubio patrum & ple- bis, ut mixtis per id ordinibus facilius coaleretur civitatis concordia. Abhorrebat Patres, sequere omnia prout perpeffus- ros prædicabant, quam ut suus cum plebe confunderetur sanguis: Eratque talis promulgatio patribus satis invida, quam novem tribunorum altera longè adhuc invisor re- pentè extrixit, ut seu plebejum vellet populus seu patricium create possent consulem. Credidere vulgò patres, consularem dignitatem, si lex perlaeta esset, non vulgari solùm, sed ad ple- bem omnino translatum iri. Quum consules in forum ve- nissent, orta inter eos & tribunus altercatione, è collegio uno consulem interrogavit, Quid esset, cur plebejum con- sulem fieri non liceret? Quia aupticia, inquit alter consulum, plebeji non habent. Ad eam vocem adèo ire exarctum, quòd quasi diis invisit aupticari potest negarentur. Multitudi- ne calculos petente, quia apparebat, utramque legem uno

tempore perlatum iri, rati patres alterum de consulari an- ti- quari posse, de connubio consentire. Qua lege perlaeta, quum Canulejus in ingenti celebrata & favore effect (cujus enim rogationis auctor fuerat) ceteri Tribuni emulatione accensi, novum certamen pro lege sua patribus intendunt. Cæterum crescente in dies novi belli Ventum fama, cum neque delictus haberi possent, appareretque, aut civibus aut hostibus de victoria cedendum sententia: quum diu aniceps con- sultatio tenuisset, ed C. Genuiti sententia decursum est, ut Tribuni militum consulari potestate promissæ ex patribus & plebe crearentur, de consulis interim creandis nihil mutaretur. Acquievere huic sententiæ plebs & Tribuni, in- dictisque ad hoc ipsum comitiis, quum ex utroque ordine plures petivisset, præter omnium spem patriciorum tantum po- pulus creavit, contentus, quòd plebejorum ratio habita esse- rit. Creati igitur tres tribuni consulari potestate, A. Sempronius Atratinus, L. Attilius Longus, & T. Clælius Sici- lius, anno recentissimo decimo, quam Roma condita erat. *Sab. lib. 4. E. 3.*

Lacedæmonii artes omnes, præter bellicam, serviles ef- se putabant, ita quidem ut ne agros quidem colere sustine- rent, ejus rei cura Helotis Messenis, quos in servitium ad- duxerant, demandata. Itaque Agellus rex, agrè ferentis focis Græcis expeditioni diurnitatem, ut offenderet solos Spartanos milites esse, atque adèo dignos, quos cæteri, tanquam servi dominos, sequerentur, per præconem jusse evocari fabros, agricolas, figulos, textores, & similes ordine artifices. Ibi cum ex fociorum castris nulli remanissent, ex Lacedæmoniis autem nulli confurrexissent: Videtur ergo, in- quit, robor exercitus penes Spartanos esse, vos autem tan- quam umbras sequi corpora. Et certè ex eo vitæ instituto, quod Sparta ceperat per las atque nefas imperio potiri, hæc sola nobilitas conservanda fuit ratio. At si ad veritatis nota- nam expendatur, quando bellum pace detinetur est, tanto etiam inferiora erant pacis artibus belli studia. Sed quid Spartanos miramur, cum Christiani etiam populariter sub bellicos tyrannis, quem sub pacifico Christo militare ma- lint: adèoque generis avitum decus perique nobilium mi- litia conservari & propagari credant: cum ignavissimi ven- tationibus, comperationibus, rusticorum & plebeulari dec- mationibus, exactionibus, atrocibus denique vitæ transig- unt: idque unum ad nobilitatem compendium esse putent, cum nobilitatis nomen & insignia vel virtute, vel stulticia aliena obtinuerint, cum sui similibus noctu interdiuque foris per castra, domi per lustrà & ganeas debeat, & qua hominum conversatione vix sint digni, cum canibus & equis, quod superest vitæ, progredere?

VICTORIE.

Scribit Dion, Hellium Cæsarium, imperii cum Nerone participem, jugulando curasse Sulpitium Camerinum civem primumarium, ac ejusdem filium, dantem crimini, quèd cognovissent hæreticario Pythici quum dicerentur, in Ne- ronis Pythicas victorias impii ex his opantibus viderentur. *Calis. lib. 24. cap. 5.*

Joannes Capistranus, quanquam Minorum ordinem pro- fiteretur (qui nullus reimagis, quam humilitatis studiosius se profiteretur) cum prælium scriberet, quo Mahumetes Tur- carum Rex apud Belgradum urbem à Joanne Hunia de Transylvania Vayvoda superatus ac filius fuit, nulla penè de eo atque de Apostolico legato Joanne mentione facta, de se h- tantum loquutus est, ceu ipse unius virtute aut miraculo parta ea insignis victoria foret: & qui alius prædicabat, am- bitionem atque mundanam gloriam fugiendam esse, do- ctrinæ suæ penè immemor, pleno cursu insequutus alienam, occultata coram virtute ac robore, qui veritè res gestant, sibi usurpabat: quemadmodum in historia Pius testatur. *Fulg. lib. 8. c. 15. & Aeneas Sylvius c. 8. Europa.*

RESPECTU MODI CONSERVATIONIS, Dum scilicet SPERAT.

Cam mors Caroli IX. Gallorum regis, Annæ reginæ an- nunciaretur, respondit, Voluntas Dei fiat: Neque tamen, licet & marito & liberis orba sim, dignitatem meam propter ea imminuendam spero. Potuit hoc dicto jam ad secundas nuptias Ludovici Aurelianensis ducis, qui Ludovicus XII. dictus fuit, animum adjecisse videri. *Aegydius Corrozet. de Divitijs & falsis mem.*

JACTAT,

A JACTAT, LAUDAT indecorè.

Iactantiam Volvuntæ primo inter Effectus perturbatio- num commemoravimus. Hic Habitum, à quo accenditur spectamus. TIMOTHEVS in victoria, quam de Phrynde retulit, scri- bens:

Erat beatus, Timothee, cum præcò ait, Milesus vincit Carbones, filium Jonocampem Timotheus, inurbanè & præter morem suam ipsius victoriam proclama- vit. Plut. Quomodo quis seipsum laudet.

CYRUS junior ad societatem secum in eundam invitans Lacedæmonios, cor habere dixit se fratre Artaxerxe Mnemone gravius, plus meri eo bibere & ferre melius. Illum in venationibus agrè in equo manere, in adversis rebus nec in sella. Petit, ut milites ad se mitterent, ostendens pedes tri- bus largitarum se equos, equestribus curus, villas possi- dentibus vicos, vicos tenentes urbium se dominos factu- rum, argentum & aurum non annumeraturum, sed appen- surum. *Plutarch. in Apophthegmatib.*

Post Leudricam victoriam irrupit Epaminondas Theba- nus cum locis in Laconiam millibus 70. cum spacio non minus sexcentorum annorum, quo Lacedæmonem Dotii tenuerunt, hostis in sinibus eorum conspectus non fuisset. Ante ausus id fuerat nemo. Momordit id Agellum regem cum gloriæ suæ macula: quod quam civitatem acceptat maximam & potentissimam, ejus aspiceret contactam di- gnationem & magniloquentiam respiciam, qua ipse quo- que nunc fuerat subinde, cum gloriaretur, feminam Lace- nam suam non vidisse hostilem. *Plut. in Agellio.*

LYSIMACHUS, qui oram Thraciæ quasi regni extrema ob- tinebat, ed evasit insolentia & ferocia, ut in hæc verba erupterit: Nunc cum cæsum lancea attingo, Byzantini ad me veniunt. Ibi Passades, qui aderat: Subducamus nos, inquit, ne lanceæ ille cupidae coelum pertundat. *Plut. orat. 2. de Alexandri fortuna.*

Stoici in illis, quæ contra consuetudinem edidit Chry- sippus, ita sunt gloriose extulant, ut si libri Academi- corum omnium omnes in unum conferantur, non mero- riti autem eos, qui cum scriptis à Chrylippo ad pre- mendos sensus conferantur. *Plut. in Stoicorum pugnis.*

EPICURUS Themistocles & Miltiades res gestas deprimit & extenuat: interim de seipso ita scribit amicis: Scite magnificè curate nobis, ut frumentum deportetur, & Mirificas demonstratis significationes benevolentia erga me vestra: ut si frumentum istud ex epistola eximas philoso- phi, æstimationem præ ferant vestra beneficium, quasi de tota Græcia vel de populo Atheniensium in libertatem asser- to vel conservato scribatur. *Plut. contra Epicuri sententiam.*

ITEM, in amicorum epistolis laudibus strepitus ab eis feri, dum refert, stomachum facit. *Plut. de Audiendo.*

Quòd in Pireum descendisset Epicurus radia quadra- ginta, Mithæ cuidam Syro ex cohorte regia, qui ad sup- plicium comprehensus erat, præsidè futurus, Metrodorus ad omnes scriptis, epistolisque omnibus jactavit Epicurus, atque illud iter exulit. Quid erant facturi, si tale quid effe- cissent, quale Aristoteles, qui paritiam instauravit à Phi- lippo excisam: quale Theophrastus, qui his patriam à ty- rannus oppressam in libertatem vindicavit: Nonne prius de- sultet oportuisset ferre papyrus Ægyptum, quam de istis scribere, hos defatigati? *Plut. contra Colorem.*

ITEM repudiat præceptos sicos: cum Democrito, cui dogmata ad verbum subtrahit, rixatur de syllabis & apicibus: sapientem præter se suoque asserit esse neminem. Sed & quemadmodum Colotes de rebus naturalibus differentem ipsum tactis genibus adorterat, literis mandat. Frater ejus Nicoles statim à puero neminem fuisse vel esse Epicuro ostendit sapienterem, matremque ejus in corpore tantum numerum corpulculorum habuisse, quæ inter se compacta sapientem procreare poterint. *Plut. contra Epicurum.*

M. CATO omnino volebat, ut ne laudari quidem permit- teret se bonus civis, nisi hoc è repub. fieret. Plurimum fuit tamen in seipso predicando. Quippe eos, qui in vita quid titubarent, mox reprehendebantur, dicere ait solitos: Immerito è culpatis, qui Catores non essent: illos autem, qui facta quadam sicut imitari student, imptè, similtros Catores appellari. Curiam periculosis temporibus ad se, sicut in naufragio ad gubernatorem respicere, crebro- que absente se gravissimos protrahere dicebat. *Plut. in Catoe.*

Post oppressum Catilinquam fuit CICERONIS auctoritas in

civitate summa. Verum invidiam conflavit sibi, nullo qui- dem flagitio, sed quòd se ipse laudaret & celebraret assidue, offendit multos. Ubique enim, sive in senatu, sive in con- cione, sive in iudiciis, habuit in ore Catilinquam & Lentu- lum. Libros denique & scripta laudibus complexit suis, jucundissimamque suam & venustissimam dictionem odio- sam reddidit & ingratam auditoribus, hac eum quali mor- bo aliquo comitante importunitate. *Plut. in Cic. & de Sui laude.*

MARCIUS I. S. de POSTHUMI jactantia sic scribit: *Quæ mihi præstiteris, meminî, semperque tenebo, Cur igitur taceo? Postume, tu loqueris.* Incipio quoties alicui tua donare referre: Protinus exclamat, Dixerat ipse mihi. Non belle quædam faciunt duo, sufficit unus. Huic operi, sive ut loquar, ipse tace. Crede mihi, quamvis ingentia, Postume, dones, Auctoris perirent garrulitate sui.

CONSTANTIUS Imp. omnibus seditiosis civilibus ex- sententia extinctis, eò magis insolentia est evertus, ament- toribus eum ita instantibus, ut ferri nequiret, cum de se magnificè prædicaret. *Sig. lib. 6. Imp. occid.*

ERICUS III. Danorum Rex, rerum à se gestarum glori- am tantis laudibus profecui consueverat, ut veri interdum fidem excederet. *Saxo lib. 14.*

NOVOGARDIA Rufforum urbis potentissima opes & vi- res cum ipsi habitatores metiri non possent, fecere prover- bium, Quis potest contra Deum & magnam Novogard- iam? Joannes certè Moskovie princeps potuit, qui captam diripuit, cives nobiliores abduxit, & colonos Moschos introduxit. *Crantz. lib. 1. Vandalia, c. 2.*

O STENTAT SUA.

CROESUS, Medorum Rex, ambitiosè opes suas ostentavit Soloni. Id quod ipsum captus à Cyro his verbis confessus est: Solonem ego accessivi, non quidem quòdquam audire, aut quibus habebam opus, discerem: verum ut mihi scilicet spectator esset, & illius tantæ meæ abiecti steli- felicitatis. *Plut. in Solone.*

DEPONERE, CEDERE, RENUIT.

DIONYSIUS major, Syracusiorum tyrannus, quum in initio regni regia ipsius obsideretur, conjuratis in illum ci- vibus, & amici auctores essent, ut imperium deponeret, ni mallæ captus interficere: ille conspiciens bovem à quoquo matatum illicò concidere, dixit: Quum mors adèo brevis sit, an non absurdum sit, nos meti mortis tale regnum re- linquere? Quanta regnandi libidine incensus, censuram quinquennio per vim contra legem Æmyliam, quæ ad men- ses 18. illam reduserat, tenuit, cum etiam ejus collega Cu- plautius se abdicasset. Quapropter P. Sempronius Tribu- nus plebis contra eum in concione invehens: Hæc est, in- quit, Quirites, Appii progenies, qui Decemviri in annum creatus, altero anno seipse creavit: tertio nec à se, neque ab ullo creatus, privatus salces & imperium obtinuit. *Li- vius lib. 9. & Polab. lib. 14. Anthrop.*

Bello Macedonico, T. QUINT. Flaminius legatis, quos Philippus Rex Romam mitebat, adjunctis suos: qui age- rent apud Senatam, si persequendum bellum esset, ut im- perium sibi prorogaretur: in minus, pacem ipse ut daret Philippo. Nam cum supra modum ambitiosus esset, vere- batur, si sibi esset eo in bello successum, ne gloria ejus perpe- trati spolietur. Obtinuerit ejus amici, ut nec Philippus, quæ postulabat, obtineret, & ei prorogaretur provincia. *Plut. in Flamio.*

Cs. Pompejus ad Dyrrachium cum esset jam egregius pe- destribus & navalibus viribus succinctus, maximè deinde dase- mentem suam vilis est. Siquidè statuit classi præferere Cato- nem. Erant naves bellicæ haud in tra quingentas: liburnica- rum, speculatoriarum, & aperta à immensus numerus. Mox autem reputans aut edoctus ab amicis, hoc caput esse in om- nibus

Anibus actionibus suis Catoni, ut undequaque liberaret temp...

Augustus Caesarionem, Caesaris ex Cleopatra filium, e medio sustulit.

BARDAS DUTUS, qui sub Basilio Porphyrogenito tyrannidem invaserat...

MENTIUR

SEMIAMIS, mortuo Nino, alii viro nubere noluit, verita...

Stratum.

ACTIVS poeta in Camenarum aede, maxima forma statuum...

Partum.

HENRICUS Hispanie Rex, cum sorore Isabella, quae postea...

Dantis regni successor futurus appellatur. Brutus lib. 5. Hist. Flor.

Potentiam.

ALEXANDER Magnus, superato Hyphasi Indiarum fluvio, militibus in concionem vocatis, oratione, quam meditat...

MONUMENTA HONORIS AMBITIOSE.

Sub loco A... honorum Stuarum, Temporum, & similitum, affectant, hic quatenus his ipsi extensis internum...

THEMISTOCLES momordit multitudinem ad extenuanda Diana, quam Aristobolen, quasi optima consilia ipsi civitati...

L. OPMIUS Coss. caelo Cajo Graccho & Fulvio Flacco, extruxit aedem Concordiae. Gloriarum enim & insolecere atque triumphare quodammodo de tanta civium strage videbatur.

Hic potestate in consulari est princeps dictatoris usus, damnavitque indicia causa praeter tria milia civium, C. Gracchum & Fulvium Flaccum: quorum hic consularis & triumphalis, ille suorum aequalium virtute & gloria primus fuit.

L. SYLLA, etiam ad neminem scriptorem animum direxit, tamen Jugurtha a Boccho rege ad Marium perducto, totum sibi laudem cupide asseruit, ut annulo, quo signatorio utebatur, sculpsit illam traditionem habere.

C. MARIUS post Jugurthinum, Cimbricumque & Teutonum triumphum, cantharo semper potavit: quod Liber pater in clypeum ex Asia deducens tripodatum, hoc ulus poculi genere ferebatur.

COMMODOUS Imp. eo venasie venit, ut omnia etiam turpiter, impure & crudeliter facta, publicis jussit ponimurmentis.

INNOCENTIUS II. PP. Romani, in muro quodam Romae imaginem quendam splendide Pontificalibus indutam, & sella resedentem, depingi curaverat: Lotharium vero Imperatorem ante eum procumbentem in genibus, & manibus complicatis coronam Imperii suscipientem, cum hac inscriptione: Rex venit ante fores, jurans prius urbis honores.

Post homo sit Papa, sumit quo dante coronam.

FREDERICUS I. Imp. in contumeliam omnium Imperatorum hanc picturam publicè esse propositam censens, a Papa Hadriano petivisse memoratur, ut & scriptura pariter atque pictura talis de medio tolleretur: ne tam vana res in sumis in urbe virtus litigandi & discordandi traheret post materiam, quod & factum. Tritheimus in Chron. Hist. augens. vindicet.

ARISTOTELES Theodecti discipulo oratoriae artis libros quos ederet, donaverat. Sed molestè postea ferens hanc gloriam alteri concessam, in tertio Rhetoricorum (quos nunc habentur) planius sibi de his in Theodecti libris dictum esse adjecit. Nisi me tantè & tam late patentis scientie vircordia teneret, dicerem dignum Philosophum, cujus stabilimentum moris altioris animi philosopho traderetur. Caterum gloria ne ab his quidem Philosophis, qui contemptum ejus introducere conantur, negligitur: quoniam quidem ipsis voluminibus nomina sua diligenter adjiciunt, ut quod professione eleant, usurpatione memoria consequantur.

HELIODORUS Tricenis Episc. in Thessalia, historiam Aethiopicam scripsit: eoque nomine ei adeptus est Episcopatus. Nam cum lectione eorum opusculorum juvenes multum in periculum conjicerent, Synodus provincialis statuit, vel libellos ipsos igni comburendos, vel auctorem dignitate sua privandum. Ille vero Episcopatum deponere, quam scripta sua supprimere maluit.

M. LIVIUS DRUTUS, dum Quaestor Aftam obtineret, nulli dicitore aut alio insigni honorum (pro more) uti voluit: non quod

A quod ira se humiliaret, sed ne quid seipso insignis in provincia esset. Plin. de Viris illust. & Alex. ab Alex. lib. 1. c. 27. IGNOMINIA OCCASIONES TOLLIT.

HARTVICUS Reventulo indignè ferens, horrea sua ab Adolfo Holfatia comite depradata fuisse, Gerardum comitem Holfatia pauperem ad injuriam vindicandam impulit. Is noctu arceem Zeegenberg confendit, Adolfum sese defendentem in vicibus obruncavit. Hartvicus filium suum, qui Adolfi cubiculo praerat, ne domini proditor putaretur, Adolfo mortis comitem esse voluit. Tandem exiandi sceleris causa Romam petens, sua omnia pauperibus erogare jussus est. Crantz. l. 8. Sax. c. 39. & l. 9. c. 12.

AUXILIA COMPARAT CONSERVANDI

HONORIS CAUSA.

Religione.

HIEROBOAM rex Israelitarum timens, ne populus revertetur ad domum Davidis, excogitavit vitulos aureos in Dan & Bethel, quos fecit a populo adorari. Religiosis enim vinculum maximi esse momenti sciebat in devinciendis animis.

Conjugio, Nuptiis.

MAROCIA, Alberti Marchionis Rom. uxor, eo mortuo, privata vivere nesciens, Vidoni Tuscia Marchioni nupsit, atque urbis Rom. ad eum principatum, qui fuerat Alberti, traduxit, & cumque ad coeptas inimicitias cum pontifice Joanne X. exercendis incidit. Vido Petrum, fratrem Joannis, immisissis satellitibus, in Laterano. Pontifice inspectante, confodit, ac mox ipsum etiam incautum comprehendit, & custodia tradidit faucibus cervicalis ocellus interemit. Joanni Leo VI. civis Romanus suffectus. Vidone inde paulò post ex rebus humanis cepto, frater ejus Lambertus Tusciae ditionem excepit. Marocia vero ne quid de pristina sua potentia in Urbe amitteret, novis sibi consulendum nuptiis rata, Hugonem Arelatensem comitem Italiae regem missis nunciis invogavit ad matrimonium suum & urbis imperium capessendum.

Quum Sigismundus Imp. Bohemiae & Hungariae Rex, variis successibus incommodis laborare cepisset: Barbara ejus conjux, retinendi imperii avida, proceres convocavit, Imperatorem propediem moriturum enuntiavit, quum nulli te sint undique turbe oborturæ; illud unum consilium optimum futurum, si quam vidua fuerit, Poloniae regi legitime conjugetur. Imperatrici consilium Bohemi approbant, & pro illius arbitrato foedus inveniunt. Quum interea medicum omnem Sigismundum spem valetudinis ademissent, commove facerentque, ut animi imperioque sui salutem curaret: e Bohemia, quam perfidia semper laborasse noverat, depeza coma, & viridante sero compositus, per bonam valetudinis pretaxum egrediretur, & in Moravia concedit, ut, antequam è vita decederet, filiam Elizabetham & Albertum Austriae ducem generum videret. Barbara una cum Ulricho Ciliae Comite, fratre suo, virum sequuta, Znoima custodia traditur, Ulricho fuga elapso. Sigismundus, quum mortem instare videret, Hungariae Bohemiaeque proceres accersit, illisque annuenciis Albertum cum uxore Elizabetha successorem declaravit. Bonifolius l. 3. Dec. 3.

INSIDIATORES, INVIDENTES, OBSISTENTES REMOVENS, ELYDIT.

Caed.

Vide paulò ante, Regnum ambitiosè conservare. Cum Mitridates pacem à Rom. obtinisset, Cimmerici Bosphori acceae & Colechri ad alienati, ejus filium sibi regem deposcebant. Quem Mitridates ob id aureis catenis vinxit, vinculumque necandum curavit. Ea res non modo non extinxit ferocissimum gentium motum, sed vehementer etiam accendit.

ATHALIA, Hierosolymorum regina, post viri Joram & Ochoziae filii mortem, ne esset quod ad regnum aspiraret, & per quem ejus ambitio impediretur, omnes ex Davidis stirpe jussit occidi, vixit Joas ex filio nepos, superstit, Josabeth amica pietate: Qui cum adhuc tener esset, avia intercepta, in regno successit, & per eum regna stirps Judaeorum instaurata fuit.

HERODES Rex multa puerorum millia occidi jussit, ut auctorem nostrae fuitas intercepteret, verum regem Judaeorum. Math. c. 22.

Mitigatione.

CONSTANTINUS IV. Imp. cum sextam synodum Constantinopoli celebraret, duos fratres adhuc pueros naribus

ablatis dehonefavit, ne ad imperium quandoque aspirarent. Volat. lib. 3. Anrop.

COLOMANNUS Hungariae rex Almut fratrem excaecavit, Stephanus Colomanni F. eundem in Thraciam relegavit. Almi F. Belam cum non oculis tantum, sed & testibus privari Colomannus jussisset, carnifex catuli testes regis pectandis exhibuit, coque commento Belam ferservavit. Non multò post Stephanus liberis oribus, poenitentia de cæsus scelerum, Almi patris cineres è Macedonia in Hungariam pietissimè referri curavit, & Belam patrualem suam adoptatum, successorem suam creavit: Helena Uri Augustalis Comitissae Macedoniae praefecti filia ei in uxorem data, ex quo fausto conjugio Geyta II. natus est. Bonfin. l. 6. Dec. 2.

Bello.

Herculis posteros, ipso è mortalibus sublato, patria expulsi Eurytheus, ac sibi regnum sumpsit. Illi ad Demophontem Thebesi F. profugi, habitaverunt in Tetrapoli Atticae. Eurytheus missò Athenas legato, bellum denunciat Atheniensibus, ni Heraclidas expellant: neque illi bellum detrectant. Ergo Eurytheus in Atticam copias ducit, commissoque praelio inter pugnam occidit. Hyllus & alii F. Heraclidae, post mortem Eurythei, Thebas urbem incolere. Ann. Liberal. ex Pherecidae.

CROESUS Lydorum Rex, cum Cytum, capto avo Astyage rege Medorum, ad Persas imperium transulisse videret, vetitus illius potentiam, eamque in ipsis initiis opprimi posse ratus, arma contra eum movit. At quatuordecim dierum spatio Sardis obsessus, captus, regnoque exutus est. Herod. l. 1.

Obtreccatione.

Hugo, Italiae Rex, Lotharii comitis Arelatenfis ex Bertha F. fratrem uterinum habebat Lambertum Tusciae Marchionem Adelberto natum. Hunc veniens, ne Italicae deserto, quòd acer in primis ac potens erat, sibi optarent, regem, anno 931. de medio tollere statuit. Itaque consilium Bofonis fratris sui ex eodem patre nati equavit, illum fratrem suum esse negavit, & ne se ita nominaret, edixit. Ille vero ferocis ingenii homo fex eadem, qua ille, matre Bertam ortum esse contendere, idque singulari certamine defenditurum esse. Qua accepta conditione, rex honestam se pendendi hominis adeptum occasione ratus, Reduim quemdam juvenem robustum in primis ei opposuit. Reduino autem in certamine succumbente, Hugo ira & pudore confusus Lamberto manus jussit iniici, & Marchia Tusciae Bofoni fratri suo donata, haud ita multò post oculis crui. His de rebus Italici treديو regni Hugonis affecti, Rodulfum Burgundiae regem per nuntios in Italiam rovocavit, atque eis ad repetendum regnum assaturus ostenderunt. Sigon. l. 6. regni Italici.

Contemptu, Neglectu imperii.

Romanis atque Italicis passim edicto Constantini Magni & Licinii Imp. ad Christiana sacra suscipienda se conferentibus, Maximinus Augustus in oriente, Constantini aut Licinii imperio cedere nolens, edictum ad se missum suppreffit, atque epistolam ad praefectos suos misit, qua suo nomine permitti jussit civitatibus, ut suo quisque in colenda religione arbitrio uteretur, & ne quis quemquam in suo manere impeditet. Verum, quoniam de templis & conventibus frequentandis, quod erat in edicto Constantini & Licinii, verbum nullum fecit, Orientales ea inire non ausi sunt. Ceterum cum a quo animo terre non possent, sibi aliquid à Constantino & Licinio mandatum esse, quo summum inter eos, ut ipse jactabat, locum teneret, spreto secedere, quod cum Licinio icerat, repente è Bithynia in Thraciam Illyricumque trajecit. Licinius primò victus, deinde redintegrato praelio victor, ipsum è Thracia in Bithyniam repulsi, ubi miserè periit. Sigon. lib. 3. Imp. occid.

THEODERICUS Flandrensium comes, conjugé cum comitante, quae Balduini III. Hierosolymorum regis ex parte soror erat, ad portum Berthensem haud parvo militum munero stipatus appulsi, anno, ut habet Flandriae Chronicon, 1157. Terrae sanctae principes tantorum hospium adventu in spem erecti, mox quòq; exercitum cogere cepit, vocatoq; in auxilium Armeniorum principe, Caesarem Syriae super Orontè fluvium obsederunt. Cùm autem civem negotiationibus magis, quàm bellicis rebus exercitati essent, urbe inanisissima primo statim impetu potui sunt. Cives in arcè confugunt. Ceterum ordo de praed. divisione inter duces distidit, arce salva, ipsi divise praed. contenti, Antiochia simul rediere. Dissidii verò ea erat occasio: Balduinus rex Theodericum Flandrum

A ea urbe, si caperetur, donatur. At cum Rainaldus Antiochenus suo eundem dominio subesse postularet, Theodericus regibus solum, non autem principibus se haec tenus parit esse aferens, id facere tenuit. Tyrinus.

AMBITIOSA VINDICTA HONORIS EREPTI, INTERCEPTI RATIONE HABITA, tum HONORIS LESI. PER VATICINII FRUSTRATIONEM.

JONAS propheta Ninivitis urbis interitum post XL dies praedixerat. At precibus & jejuniis illorum motus Dominus, poenam distulit. Ea Domini benignitas usque adeo Jonas displicuit, ut cum Domino ea de re postulari: metuebatur enim, ne mendax vates haberetur. Itaque urbe egressus in montem, ut videret, quid urbi accideret, sub umbraculo confedit, cum cucurbita foliis suis umbram ei praebat. Quae cum artosa a verme exaruisse, & Jonas vehementer indignaretur, tum Dominus: Ergo tu cucurbitae causa movearis, quam non creasti, ejusque interitum aegre feras, & ego non moveor ab Ninivem tantam urbem, in qua sunt pluriquam centum viginti millia hominum, qui dextram & sinistra tua dignoscere non norunt, & tam multa pecora: Jona ult.

INTERDICTUM EXERCITATIONIS.

Nero Imp. Lucanum poetam prohibuit, nec carmen, quod scribebat, ederet, ut solus in poetica excelluisse videretur. Lucanus, cum eam contumeliam immoderate nimis ferret, cum Pisonem conjuravit, atque ob id a Nerone damnatus est. Nemo etiam praeter alia desiderio torquebatur, urbem Romanam de nomine suo Neropolim appellandi. Fulgus lib. 8. c. 1.

TRANSLATIONEM DIGNITATIS IMPERII.

BENIAMITA primus apud Israelitas regem habuere Saul. Eo autem propter scelera sua reprobat a Domino, unctus est David de tribu Juda. Invidia igitur maxima contra Judaeos & Davidem flagrantur. Propterea Semel Gere F. Davidem regno pulsum ab Absalon contumeliosis variis affectis. 2. Reg. 16. Reflitit deinde in regnum Davide, Seba Bochris F. Beniamita, seditiosus & defectionis decem tribuum auctor fuit. 2. Reg. 20.

METIUS Suffetius Albanorum Dictator, indignus ferens imperii summam ad Romanos ob Horatii victoriam delatam, Fidenates & Veientes clam ad bellum impulit, se a Rom. facto praedio defecuram pollicitus. Id quod res ipsa praestitit. Victor tamen Romanus Albam diruit, Albanos omnes Romam migrare coegit, Suffetium duabus quadrigis discerpi ob proditionem curavit. Sab. lib. 4. Ann. 2. ex Livio.

Adelphonus Bardulorum in Hispania Rex, cognomento vitaeque Castus, adversus Saracenos continenti bello gerebat, magno quidem conatu, sed ad exitum spes non veniebat. Si Carolus Magnus in Hispaniam se pio rege accersente Augustus veniret, ut Ibnabala Saraceno ducente rex venisset, brevis aevi impiorum in Hispania opes fore sperari: se filius carere, & quod orbis sit, senectutem suam minori veneratione suis, majori contemptui hostibus esse. Praemium laborum, mercedemque religionis defensionem, spem propinquam successionis haereditatisque Francis proponi posse. Nec tanto praemio abnuvit Augustus, Bernardumque Italiae regem ex Pipino nepotem Bardulo adoptandum offerrebat. Propere confecta videbatur, Augustusque jam saltem Pyrenaeum superarat, cum Bernardus Comes, secundum ab rege inter Bardulos auctoritatis, septrum gentis in Franciam ferri adeo moleste indignaque tulit, ut procerum gentis conjuratione facta, metuque Adelphonsum perterritum coegerit appropinquanti jam Franco legatos mittere, qui nunciarent mutata consilia, nec opus esse in praesentia externis auxiliis. Et accidit ad popularium etiam animos concitandos, ut non contentum ad Bardulos numerus, servitute Saracenos elapsi, in Francicum exercitum incidere. Hi sine ab iratis Francis, ac quod a Bardulis vocati juberentur re infecta domum redire, indignis ferentibus gravia passi, sive convenienti tempore dolus a Bernardo Comitae excogitatus est, in suas quaque civitates reversi, atrociora exempla a Francis quam a Saracenis in se edita cum dicerent, non prius destiterunt, quam pervicere, ut Massilius rex, quaque eo duce impiorum ingens manus ex Africa recens transisterat, percusso in Francos saevire accesseretur. Hyeme appetente redeuntes domum, copias Augusti in descensu Pyrenaei fluvii adepti, cum pro-

cul jam primum & secundum agmen cum Augusto viam e prementium abesse, extremo agmini tantam cladem, prius quam recurrens Augustus ferre opem laborantibus posset, intulerunt, ut nullus locus clade Francorum nobilit, ac fama celebrator fuit: Roncavallis vocatur. Interempti ad Christiana sepulti sunt. Amil. l. 3.

FELICIANUS eques Pannonius, indignatus, quod Pannoniae regnum ad exteram gentem, id est, ad Carolum Robertum Caroli Martelli Gallii filium, pervenisset, Carolum regem cum conjuge acliberis occidere decrevit. Solenni igitur Pascha die, quo mos erat, ut reges liberique eorum una vincerentur, rege, uxoreque Elizabetha, Poloniae regis filia, vulneratis, cum Ludovicum & Andream eorum filios petere vellet, ab iis qui abstinent prohibitus & occisus, feri animi ob patriae charitatem cogitata explere nequirit. Fulgus lib. 5. c. 5.

HADRIANUM VI. Belgam in locum defuncti Leonis X. jussum esse Romanus Populus adeo indignanter tulit, ut quum patefacto conclavi Cardinales domum redirent, passim maledictis inceperunt, quod infamibus comitis non modo urbem Romam suo antistite orbatam prodidissent, sed, quod infamiae proximum videretur, Italiam etiam pontificatus honore spoliassent. Erat enim opinio statim edita in vulgus, Pontificem neglecta Roma, via sua sponte permanurum in Hispania, aut navigato protinus Oceano Germanos esse petiituri, ut in immortale decus gentis factorum princeps in terra patria conficeretur. Adaperto conclavi, quum globus Cardinalium Hadrianum pontem esset praevertectus, & opifices puerique manicibus oculis, voceque & manibus obstreperet, nec a foedissimis probris abstinerent: Sigismundus Gonzaga Cardinalis residenti vultu his egit gratias, quod adversus extrema supplicia meritos, contumelias essent contenti, nec lapidibus publicam injuriam vindicaret. Jovius in Hadriano 6.

REPULSAM VEL SOCIETATIS IMPERII.

HONORIO & THEODOFO consulis, Castinus adversus Vandalos missus, quum Bonifacium bellica aere praestantem ad expeditionis societate repulset, collegam praerogentia insolentia aspernatus, magnorum malorum auctor fuit. Nam G. Bonifacius indignitatem rei perquam agre ferens, Hostiam prope contendit, in Africam trajecit, occupavitque provinciam. Quam quum sine auxilio, invito imperatore Romano, retinere non posset, Geniticum Vandalorum regem in Libyam advocavit. Hic Vallia Visigothorum regis bellum reformidans, trajecto Gaditano freto, in Mauritiam pervenit, Africamque universam occupavit: ibique aliquandiu cum nepotibus ac posteris, ad Justinianum usque tempora imperavit. Bonfin. lib. 2. Dec. 1.

SACROVUM COMMUNIUM.

P. DECIO, & Q. FABIO MAX. COS. multa prodigia extiterunt, quorum averuncandorum causa, supplicationes in biduum sunt decretae. Vinum & thus publice praebitum, a viris & feminis passim supplicatum: certamen ex ea re inter mulieres ortum. Virginia Auli Sulpitii filia patricii generis, careretur plebejo A. Volumnio, qui superiore anno Consul fuerat, matrimonio locata, patriciarum coetu facellum pudicitiae, quod in foro Boario fuit, ad rotundum adem Hercules, adire prohibita, mulier ferax, contumelia impatiens, in parte redium, quas in Longo habitu vico, a profano usui exclusa, aram plebejae pudicitiae constituit, hortataque est ejusdem ordinis matronas, darent operam, ut aram illa a sanctioribus castioribusque, quam patricia, coli crederetur. Ita contigit, ut pudicitia jam inde duobus in urbe locis sit culta. Nulli nisi spectatae pudicitiae, & quae uni nupuller, fas erat ad patriciam illam aram, aut plebejam sacrificare. Uulgata deinceps religio, & a pollutis frequentari coepit, nec matronis solum, sed omnis ordinis mulieribus. Postremo ritus non modo non integer mansit, sed in oblivionem etiam venit. Sabellicus lib. 7. Ann. 4.

Officii honoris.

HENRICO VI. regnante, Angli Aurelianus arca obsidione premebant, sic ut dedicationem facere cogentur. Re delibata, non Angli, sed Philippo Burgundiorum duci se dedere paratos significarunt. Angli respondere, bellum Henrici regis nomine geri, & ejus imperio subijci oportere. Hoc ipso

iplo Burgundionis animus primò offensus est, qui arbitrari Anglos suae gloriae invidere, jam tum de iis malam animo opinionem concepit: Deinde Angli obsidione Aurelianensem relinquere coacti sunt, cum divinitus Joana puella Lotharinga Gallorum exercitum confirmavit, & Aurelianensem comatu introducto refecerit. Polyd. lib. 13.

IPSAEPIAS. M. Antonini filia Lucilla, Vero Imperatori nupsit. At illo mortuo, Pompeiani nuptias sequuta, imperatoris insignibus & imperatoria nihilominus sede utebatur: atque iter faciens, ignem unicum honoris signum, Augustis tantum acis eorum uxoriibus servatum, praemittebat. Cum autem Commodus Imperator ejus frater, Crispinae, quam uxorem duxerat, primum honorem, ut par erat, dedisset: Lucilla, superba nimis mulier, adeo id graviter tulit, ut adversus Commodum fratris vitam conspiraret. Propter quam rem Commodus eam cum multis aliis interficij jussit. Fulg. lib. 9. cap. 5.

CONTEMPTUM. VEL

Conflii.

Cum inveterato more legati essent ad novum Pontificem Alexandrum VI. mittendi, qui eum adorarent, eique de obtemperaturus promitterent: Ludovici Sforciae Mediolanensis ducis consilium fuit, ut omnes socraticorum legati uno eodemque die Romam simul ingrederentur, simul in publico conventu se coram Pontifice fiterent, utque oratorum unus omnium nomine verba faceret: quod eo facto maxima cum existimationis omnium accessione, univere Italiae ostenderetur, et ante ipsos non modo benevolentiam, & saecus, sed tantum pietis necessitudinem, ut unus dumtaxat princeps, unumque corpus videretur. Ludovici consilium facile Ferdinandus Aragonii Neapolitani regis levitas comprobavit: comprobantur amborum auctoritate induti, nec Petro Medice in publicis consiliis contradicente, Florentini, quavis id privatim molestissime idem ferret Petrus, qui cum Republica Florentinorum orator esset designatus, decreveritque suam legationem superbo admodum & regio ferè apparatu illustrem reddere, animadvertentibus, si Romam unum cum aliis sociorum oratoribus intraret, sine pompae splendore in tanta multitudinè in oculis hominum currere non posse; quae vanitas juvenilis, ambitiosis hortationibus Gentilis Episcopi Aretini, qui unus fuit oratorum, corroborabatur. Nam cum ad eum orandi Florentinorum nomine provincia esset delata, sibi ostentandae eloquentia occasione eripi debebat. Idcirco Petrus a Ferdinando petiit, suaderet, ut singuli per se, superiora exempla fecuti, suam legationem obirent. Qua in re cum rex ei ita gratificari cuperet, magis ei re facisset, quam gratificandi modo: neque enim Ludovicum cavavit, se haud alia de causa ab eo, quod primum comprobaverat, discedere, quam quòd a Petro Medice ad id effectus stularus. Eam instantiam cum Ludovicus agerime ferret, quòd hac ratione prudentiam suam, qua tamen mitifere superbiebat, in dubium revocari putaret, odio aestans, toti Italiae sibi que ipsi exitiale bellum, evocato Carolo IX. Galliae rege, concitavit. Guicciard. lib. 1.

Mandati.

L. SYLLA Dictator, cum Lucretius Ocella, qui Marium junorem Prensche expugnauerat, consilium peteret & ambiret: venit ei primum, Ubi ille multorum gratia subnixus descendit in forum, misit unum ex centurionibus, quibus septus erat, ad eum interfecit: sed ac sedens pro tribunali in Castris, spectavit ipse ex edito caedem. Centurionem attriperunt cives, statueruntque ad tribunal ejus. Quibus filere tumultuantibus jussit, & se id id mandasse, ac centurionem imperavit dimitti. Plur. in Sylla.

CAESAR Caligula, praeter alia multa dicta & facta minime grata, illud agerime ferebat, quòd populus per speciem honoris acclamabat, Adolefcens Augustus. Nec enim se felicem predicari credebat, quòd adolefcens imperaret; sed accutari quòd tantilla aetate tantum imperium obtineret. Zonaras.

Cum detecta esset Lepidi & Getulici conjuratio, missus est Claudius, qui Cajo successit, in Germaniam inter legatos ad gratulandum, etiam vitae periculum adiit; indignante ac fremente Cajo, patruum potissimum ad se missum, quasi ad puerum regendum: adeo ut non desierint, qui traderent, praecipitatum quoque in flumen, sicut vestitus advenerat. Atque ex eo nunquam non in Senatu novissimum consularium sententiam dixit, ignominia causa post omnes interrogatus. Svet.

Habitus Vestitus.

MAXIMUS in Hispania Imperator militari favore creatus, in Galliam transit. Ad hunc motum opprimendum Gratianus urbe occurrurus, quum exercitum in Galliam duceret, praeferebatque Alanorum manum (quam ad se auro pellexerat) Veterani tam acerbum ex ea re contrasere offensam, ut non multo post Imp. destituerint, & ad Maximum defecerint. Gratianus subito militum defectione consternatus, quum in Italiam transire conaretur, dolis circumventus, Lugduni interfecit, quum jam triginta esset annorum. Sab. lib. 9. Ann. 7.

Dignitatis.

INIMICITIA inter Urajam ducenti & Ildobaldum Gothorum regem post captum a Belisario Vitigem temere concitatae, rem Gothorum exurgentem affligerunt. Uxor Urajae balneum ingressa, uxorem Ildobaldi non tanquam reginam coluerat, quod se ipsa minus culta & ornata erat. Itaque Ildobaldus ab uxore sollicitatus Urajam de majestate coarguit, ac comprehendit jussum ultimo supplicio affectit: atque ex ea re in idium Gothorum incurrit, indignantiam, quòd Uraja nimis levi de causa esset extinctus. Accessit inde, quòd Ildobaldus Uraja uxorem Gotho cuidam conjugio copulavit, ac Befsam, qui illam ambitivè militariae praetere allegatum, graviter offendit. Itaque Befsa, quòd mulierem deperiret, in sui factum contumeliam ratus, iracundia ac dolore edo processit, ut, gratum se facturum Gothi existans, Ildobaldum inter epulas adortus necarit, ita ut caput in mensam proficiens cibos inquinavit. Sigon. lib. 18. Imp. occid. ex Procopio. 10. Magnus lib. 12. Befsa appellat Buellam.

TITULUM MINUS HONORIFICUM.

JULIUS II. Pont. Pompejo Columnae (qui una cum Petro Margano contra pontificem conjuratur) rameti eum nequaquam armis insequendum judicabat, ei tamen gestandi viridis pilei honorem, atque item sacerdotia adem, promulgatus in eum judicialibus libellis. Verum M. Antonius Columna Pompeji patruus, tum insigni gratia supra affinitatem eximio bello & pace virtutibus parta apud Julium floret, lenito Julio, Pompejum fratremque ejus omni metu facile liberavit: nullis tamen precibus potuit imperare, ut ei sacri pilei dignitas redderetur. Ignoscebat ei pacato animo, injustiamque remittebat, ita ut etiam mature per brevem epistolam gratiam & reditum polliceretur. Sed epistolam rejecit Pompejus, generoso atque indomito protinus ingenio, quòd Pontifex Episcopi Rheatini titulum in praesertione non possidet: adeo ut praconi, qui eam attulerat, vultu in amatum residentis & subituro diceret: Alibi cum Pompejum, ad que Pontifex scriberet, esse requirendum: ipsum certe esse Episcopum Rheatinum, ad quem minime ea epistola scriberetur. Sed eam rem ad excitandum iustum M. Antonium detulit, festiveque pervicic, ut in literis Episcopi H. nomen videretur. Jovius in Pompejo.

REPREHENSIONEM.

Cum aliquando praefectus regis Cambysis considerent Orates Sardibus praefectus, & alter quidam Perthes, nomine Mitrobates, praefectus gentis, quae est in Dascylis, è verbis ad jurgia provenerunt. Et cum de virtute disceptaretur, Mitrobates objiciens Orati, inquit: Tunc in pretio virorum es, qui insulam Samum tuae provinciae adjacentem regi non acquiris: ita facilem capti, ut Polycrates quidam è popularibus quindecim armatis fretus occupavit, ejusque tyrannide potiarer? Hoc jurgium audienti Orates adeo doluisse ajunt, ut Polycratem, propter quem male audisset, dolo circumventum cepit, crucique sufficerit. Herod. lib. 1.

Nero Caesar nihil aequè doloit, quam ut citharedum malum se increpitem, ac pro Nerone Anobatum appellatum & nomen quidem gélle, quod fisis per contumeliam exprobraretur, resumptumque se profectus est, deposito adoptivo. Caetera convicia, ut falsa, nò alio argumento resellebat, quam quòd etià infamia tantoperè elaboratæ perfectæque à se artibus objece-

A objecerunt: singulos subinde rogitans, nosse tunc quemquam præstantiorem. *Suet.*

Apollodorus architectus admirandus, cum ad eum Adrianus Imp. qui in omnibus artibus excellere volebat, insipientiam misisset magni operis formulam, quam ipse designarat, efficacibus rationibus ostendit, quibusdam in locis corrigendam esse: idque tam indignè tulit Adrianus, ut eum interficiendum curaverit. *Dion. Suidas.*

VENCELAUS V. fedecim annorum adolescens mortuo patri successerat. Rector vitæ ejus a parente Dobeßius a Bethina inter præcipuos additus, ut vidit Regem insignia meritis ante tempus exiisse, cum optimates etiam tum atrati incederent, improbare cepit tam intempestivam vestis mutationem, rursumque eum ad luctuosum habitum invitavit. Ad hæc nihil juvenis sentit respondit, ne palam censuram illius contempsisset videretur; sed protinus ab oculis ejus, ad arcem quandam remotiorem, cum novis illis in divitiis profectus, ibi lætos cum æqualibus, & a severioribus arbitris liberos dies per convivia & compositiones, quibus in Hungaria (tam illic regnaret) assueverat, consumpsit. Non deerant ei compositores, qui captato temulentia tempore, alius aliud quod placebat, à Rege parùm sobrio impetrarent: quidam etiam agros & pagos. *Dubr. lib. 19.*

OFFICIUM INEPTUM.

HUGO Italiae rex, à Marocia Romam ad throni societatem & urbis imperium evocatus, relicto de more extra Urbem exercitum, benignè à Romanis accipitur, atque ad mulierem in arcem profectus, nuptiis contractis, urbe Romanæ adversante, potitur, felix nimis futurus, si quæ ipsum semel complexa fortuna erat, non statim deseruisset, atque levissima de causa urbe eadem, quam ceperat, expulsißima. Erat Marocia F. Albericus, ex Alberto Rom. Marchione progenitus. Hunc cum matris hortatu aquam ad abluendas manus Hugoni regi præberet, Hugo correctionis causa (neque enim seiret admodum officio fungebatur) in faciem cecidit. Eam ardentis animi juvenis ulcisci contumeliam cupiens, Romanos protinus adiit, & se haudquaquam fati mitari eorum demerentiam, an ignaviam, dixit, quod qui omnibus olim bellicosissimis superbe genibus imperasset, nunc Hugoni, homini Burgundioni, non armis atque virtute, sed incestis nuptiis Romanorum imperium sequuto, tam humiliter obediret: pro certo ipsos habere debere, si se privignum suum novus hospes in faciem immerito percussisset, multo in ipsos insolentius, multoque superbibus consulturum, ubi in regno inveterasset. Quibus dictis adeo animos omnium perpulit, ut uno consensu Hugone rege repudiato illam se sibi assequere consulem dixerint. Ita nulla interposita mora armati ad arcem procedunt, eamque, antequam Hugo milites introvocare suos posset, expugnant. Quo cognito Hugo de salute jam potius, quam de regno sollicitus, properet ex ea parte arcis, quæ muris Urbis adhaeret, se dejecit, atque ad suos confugit. *Sign. lib. 6. regni Ital.*

VINDICTÆ, FACTÆ

PRODITIONEM, DEFECTICNEM.
Vide paulo ante, de Translatione Imperii.
JOANNES Isaacii Sebastocratoris F. ad Persas defecit, non ferens sibi à Joanne Comneno Imp. parvulo in equi Arabici usque Italum equitem præpositum: & Christiana religione abjurata, Iconiensis Persæ filiam uxorem duxit.

AMBITIONIS POENA.

BONUS.
AMBITIONIS FRUCTUS, VEL
BONUS.
VIRTUTIS STUDIUM.
 Thebanus Hercules nunquam sese tot monstris opposuisset, laboribus & pericula subiturus, si nulla æternitatis cura animum tetigisset. Hæc illi vel nocere inferior, quæ nunquam passa est eum quiescere: hæc durior quam illi imperiosus Eurystheus, per quem tam variè exercebatur Alcmena filius: denique fuisse ille nunquam tantus, si spem de immortalitate nullam concepsisset. *Sab. lib. 5. c. 5.*

Qui libidines turpiores fide pietatis, impetato Spiritu sancto, & amore intelligibilis pulchritudinis non refrænant, melius saltem cupiditate humanae laudis & gloriæ, non quidem jam sancti, sed minus turpes sunt. *Tul. in lib. de Rep. ubi loquitur de instituendo Principe civitatis, dicit, alendum esse gloriæ, & consequenter commemorat, Romanos multa mira atque præclara gloriæ cupiditate fecisse.* Huic ergo vi-

rio non solum non resistebant, verum etiam id excitandum & accendendum esse censebant: putantes, hoc utile esse Reip. Itaque gloriam ingentem, divitiis honestas volebant: hæc ardentissime dilexerunt, propter hæc vivere voluerunt, pro hæc & mori non dubitaverunt. Cæteras cupiditates hujus unius ingenti cupiditate præferunt. Ipsam denique patriam suam, quoniam fervire videbatur ingenio, dominari verò atque imperare gloriosum, prius omni studio liberant, deinde dominam esse concupierunt. Hoc etiam deorum apud illos aedes indicant, quas conjunctissimas constituerunt Virtutis & Honoris, pro diis habentes, quæ dantur à Deo. Unde intelligi potest, quem finem volebant esse virtutis, & quod eam referant, qui boni erant, ad honorem scilicet. *D. Aug. lib. 5. de Civit. Dei, c. 12.*

BENEFICENTIA.
T. QUINTUS Flaminius, cum esset in primis ambitiosus, gloriaeque cupiditate summa duceretur, studebat, præstantissima quæque & maxima ipse obire: gratioreque habebat eos, qui operam suam quaererent, quam qui præstanti sibi, quod hos velut ad gloriam adversarios, illos virtutis forem existimaret. *Plin. in Flamini.*

IMPERIUM, DIGNITAS.

Vide supra, Pontificatum, Regnum acquirere.
LUCUMO, Demarati Corinthii exulis, qui Tarquinius in Hetruriam migrarat, filius, quem Tanauquilem feminarum summo loco natam, matrimonio sibi junctam haberet: nec interim Hetruscis, quia peregrinæ esse stirpis, publicè privatimve honore ullo afferente: uxoris hortatu, patri omnium necessitudinem oblitæ, modo vitum honoratum cerneret, consilium cepit migrandi Romam, ubi in nova civitate facilè locus ad nobilitatem parandam virtuti parerent. Sublatis itaque rebus Tarquinius profectus, quem ad Janiculum venisset (sicut in eis collis Hetruscorum Romanorumque continuus) prodigium eff. ingens illi oblatum, Aquila leviter caelo demissa, pileum in cutru cum uxore sedenti abstulit. Dein subtilis supra carpentum præpetent librans volaturo, velut sui ministerii conscia, sedentis capiti oblatum restituit. Accepte id augurium læta Tanauquil, ejusmodi artis non imperita: (sicut id studium Hetruscis peccant) virum itaque complexa, magna & sublimis sperare jubet: avem auspiciatissimam in ipso hominis vertice aspiciunt fecisse. Igitur hæc vana spe pleni, in urbem ingressi, Lucumo Tarquiniæ eff. cognomen adeptus: uxor Cæcia Cæcilia nuncupata. Nec multum deinde temporis intercessit: per amicos, quos benigno sibi alloquio, multaque comitate conciliaverat, Romanorum reg. Anco Marzio iniunxerat, liberaliter dextræque officia circa illum obeundo, eò gratia & familiaritate brevi processit, ut secretioribus consiliis militiæ domique adhibitus, præter equitum præfecturam, tutor sit postea filiorum ab rege relicto, & tandem Rex factus. *Sab. lib. 4. En. 2.*

ABSOLUTIO.

QUIDAM Athenis univerfo populo invisus, causam apud eum capitali crimine dicturus, maximum honorem (subito petere cepit: non quòd peteret se illum consequi posse, sed ut haberent homines, eum pro confutim ire, qui acerrimus esse solet, effunderent. Neque eum tam callidi consilio ratio secesserit. Comitii enim clamore infesto, & crebris totius concionis sibilis vexatus, nota etiam denegati honoris perfrictus, H. ejusdem plebis paulò post in discrimine vitæ clementissima suffragia expertus est. *Val. Max. lib. 7. cap. 3.*

MALUS. TUM
IN GENERE.
 Non malè compositam quidam adversus ambitiosos existimant Ixionis fabulam: quòd scilicet pro Junione nubem complexus sit, atque ita geniti Centauri. Quippè cum gloria hi tanquam virtutis simulachro habentes consequentem, nihil sincerè agunt, vel constantem: verum aliis illi rapti studiis, & motus fluctantes alios, res gerunt ad alteras & minutas multas. *Plin. in Agidis proemio.*

IN SPECIE
 Puta.
Deorum ira.
 Cum gloriæ studio primi Mortales post diluvium in campo Senaar urbem edificare, & rursum, quo fastigio caelum contingeret, extruere vellent: ambitionem illorum Deus exofus, confusionem linguarum illis immisit, & qua urbs inchoata nomen accepit, ut Babylon diceretur. *Gen. 11.*

A TANTALUS ob insolentiam ad inferos præcipitatus, & fa-xum grave vertici suo imminens frustra depellere conatus, ut Pindarus ait *Ode 1. Olympiorum*, vivit ineluctabilem vitam illam, æternamnotam, & cum tribus (suis scilicet, famis, & stationis perpetua, vel cum Sisypho, Ixone & Tityo) quar-tam poenam sustinet, quòd immortalibus surreptiis, æqualibus suis compotibus necat ambrosiamque distribuit, in quibus ipsi dii in corruptibilitatem constituerunt.

Atheniensès à Lacedæmonis frequenter victi, humano desistati consilio, Hammonis Jovis oraculum consuluerunt: Quidnam cause foret, cum ipsi lætas hostias ad aras mactarent, nihilque hujuscemodi faceret Lacedæmonii, victoria tamen penes Lacedæmonios semper esset? Responsum acceperunt Atheniensès: Tacitam & minimè ambitiosam Lacedæmoniorum orationem magis, quam Atheniensium pompam inanem diis probari: quibus semper est pecculare, multo magis dantis animum, quam munus intueri. *Plur.*

Odium, Inimicitia.
C. JULIUS Cæsar, cum sibi censuram vendicaret, hoc est, præfecturam motum, cognomen Parris patriæ (quod ante eum primus Cicero meruit) statuumque suam inter reges locaret, & in cutia fedæ aurea uretetur, divinoque sibi nonnullis honores fieri pateretur, in inexplabile odium incidit: potissimum cum eò arrogantia venisset, ut que loqueretur, pro legibus haberi vellent, nec adeuntés se (etiam universum Senatum) honore dignaretur illo, assurgere contentem. Quæ res invidiam illi maximam movit: cum etiam accederet rumor, regio nomine eum oblectari: licet se Cæsarem, non regem esse, plebsque assentatoribus responderit. *Cyp. ex Svetonio & Diono.*

Desperatio.
ACHITOPHE, Chusai Archiepiscopus consilium pro Davide, suo prælatum esse ab Abialon agrè ferens, laqueo vitam finivit. *2. Reg. 16. & 17.*

CORNELIUS Gallus Aegypto præfectus ab Augusto, propter honorem magnitudinem superbiere, atque alios præ se ad eò contemneret cepit, ut etiam in Angulum quendam ja-daret convicia. Suae præterea status in omnibus ferè Aegyp-ti partibus collocauit, justique res à se gestas in pyramidi-bus inscribi. Apud Cæsarem accusatus, ac facultatibus omnibus privatus, mortem sibi ipsi præ desperatione intulit. *Dion. in Aug.*

Bella.

LACEDÆMONIUM cum Atheniensibus de Græciæ, Romani cum Carthaginensibus de terrarum orbis imperio contententes, vastitatem orbis induxerunt, ut ante illos Alexandri Magni, dum Perfarum evertit imperium: quem propterea merito Lucanus Terrarum furiale malum appellat. Craterus Antigonii regnantis ferat, & Cassandri Perilans partes ducendi exercitus & rerum domesticarum ceperunt dispensandum, Contra Antiochi & Seleuci, præterea Cypri & Cyziceni, quia secundarii esse non didicerant fratum, sed purpureæ & diademati inhiabant, multis semet-ipsis & inter se mutuo, multis Asiæ cumulaverunt calamitatibus. *Plur. de pietate erga fratres.*

Bocchus Rex Jugurtham L. Syllæ, C. Marii quaestori, tradidit. Duxit quidem hæc de re triumphum Marius: sed facti gloria, quam Marii invidia Syllæ attribuit, mordit in oculo Marium non nihil. Si quidem cum esset sua sponte Syllæ iactabundus, & tunc primum ex vita abjecta & tenebris in lucem civium emerisset, gestumque cepisset honorem: eò erupit ambitionis, ut facti hujus sculptam in annulo imaginem gestaret, qua etiam perpetuo diceps signavit. Ex primebat sculptura Bocchus tradens, & Syllæ accipiens Jugurtham. Mox cum Bocchus simul ad merendum populam, & in gratiam Syllæ signa victoriae in Capitolio dedicasset, iuxtaque Jugurtham ex auto factum, ut Syllæ ab se fuerat traditurus: ea de re exacerbat Mario, & detrahere ea signa parante, aliis verò Syllæ auxilium ferentibus, civitas penè est ab utriusque partibus inflamata. Cæteram bellum sociale jam pridem adversus urbem fumans cum flagrasset, compressit feditionem in præsentem. Quæ postea bello orto Mithridatico, cum de provincia Asia obtinenda inter se certarent, Sulpitii Tribuni furis exarsit, ita ut non urbs tantum, sed & univerfa Italia proscriptorum utrinque sanguine inonaret. *Plur. in Syllæ.*

Belli civilis inter Cæsarem & Pompejum multæ cause fuerunt: sed certissima causa fuit, dominantium cupiditas. Pompejus enim, est antea Cæsarem auxerat, tamen ejus fortuna & gloriæ postea cepit invidere: atque cum initio ejus

L. B. Theatr. vit. Human. Tom. I.

potentiâ impeditè clam studuisset, dein de graviter & appetè E inimicum se ostendit. Cæsar, qui nihil de dignitate sua detrahi patiebatur, quique omnium maximus esse cupiebat, apertum se Pompeji hostem declaravit. *Xiphil. Hinc Lucan. lib. 7.*

Stimulus dedit amula virtus, Nec quemquam jam ferre potest Cæsare priorem, Pompejusque parentem.

Clades bellica.
AMASIAS Judæorum Rex victoria, quam contra Syros obtinuerat, elatus, Joræ Israelitarum regi bellum indixit. Ac Joas eum ne superiret monuit. Cum non pareret, à Joa victus atque captus, & Hierosolymæ muri magna ex parte diruti sunt. *2. Paralip. 25.*

Alcibiades Clazomenas navigans, classem anchoris firmatam, ad Ephesum Lyandro Lacedæmonio oppositam, Antiocho præfecto commisit, severè interdicens, ne ante suum reditum manus cum hoste quacunque oblata occasione confereret. At Antiochus gloriæ cupiditate suis auspiciis aliquod præclarum facinus edere gestiens, cum Lyandro infelicitè congressus est. Concretis hæc procul à terra navibus, Atheniensès propter ordinem perturbationem vidi, duas & viginti naves amiserit, in quibus pauci admodum vi-vi capti, reliqui in terram enatarunt. *Diod. lib. 13.*

M. ATTILIUS Regulus ambitione nimia conficiendi belli Punici seipsum perdidit. Cum enim ultrò cõcesserit de pace cum hostibus agere, nihilominus tales pacis condiciones præscriberet, quas ne legati quidem audire æquo animo possent: venere interim auxilia Carthaginensibus à Græciæ, Xanthippi Lacedæmonii ductu. Ad quem ubi rerum summa delata est, mutato belli statu, aliòque translatis castris, insigni prælio Romani victi, Consul ipse Regulus captus, Carthaginemque ductus, & miserè tandem enecatust est. *Sab. lib. 9. En. 4.*

M. CRASSUS Romanorum omnium ditissimus, quem inter tot millia civium domi maximus esset potuisset, Cn. Pompeji & Julii Cæsaris amulatione, ne rerum foris gestarum gloria duobus inferior haberetur: se, filium, florentissimæque legiones ad exitium perduxit, cæsus à Parthis. *Sab. bellius lib. 6. En. 6.*

Honorius, cum bellum à Gothis fortiter in Hispania, quàm Valliæ eorum regi permisisset, cum Vandalis geri adiret, in spem ejus provincie recuperanda adductus, Castinum magistrum militum, ut Gothis auxilio esset, in Hispaniam destinavit, Bonifacio Comite Africa illi adjuncto, ut cum classe ex Africa præfèro esset, atque cum Castino, imperio bellum gereret: hos enim duces duos rei militaris peritissimos hoc tempore habuit. Hi in Hispaniam cum copiis terrestribus matritimisque profecti, arma eximia concordia intulerunt, ac multa strenuè, prosperèque fecerunt, Nam & Maximum, ac Jovinum, qui tyrannidem quandam invaserant, & adhuc rebus novis operam dabant, in potestatem adduxerunt, & cum Vandalis benè uno atque altero prælio dimicarunt. Dissensio inde inter duces ex amulatione gloriæ orta, prorius Rempub. perdidit. Castinus enim, cum Bonifacio non ducis, sed legati loco habere cepisset, id diutius Bonifacius ferre non potuit: indignum esse obedire ei, cui par erat imperio, arbitratu. Itaque cum classe inde profectus, ad portum Romanum applicuit, atque inde in Africam provinciam suam se retulit. Vandalis inde, quos ducum Romanorum virtus ac concordia propè ad ultimam desperationem adduxerat, redintegrato post Bonifacii protectionem bello, insignem Castini imprudentia victoriam, delictis Romanorum copiis, pepererunt. *Signon lib. 11. Imper. Occid.*

Slavi cum Beneventanam regionem vastasset, eos abeuntē Sculdais vir impiger ad insequendum misist, quum assequi non potuisset, à Pherdolpho Beneventano duce amantissimis verbis increpatus est, Hargadh, quod opprobrii nomen erat, appellatus. Quam insignem contumeliam ille indignè ferens, exclamasse dicitur: Utinam, dux fortissimæ, antequam è vita nobis migrandum sit, & virtutis & ignavie ostentanda utriusque nostrum occasio deat, ut omnes intelligant, uter fit nostrum verior Hargadh. Nec vox incalsum missa: per eodem ferme dies valida Slavorum manus, atque priorè illa longè infestior, adventare nuntiat: cui cum omnibus Forojulensium viribus Pherdolphus obviam progressus est. Quum igitur hostes maniore tumultu cõsederent, nec tutò locus parteaqua adiri posset: cum Sculdais ad ducè cõversus, Lux hæc nobis occasione attulit ostentanda virtutis. Si proinde ille es, quem

V. 2.

A q uem magnificis verbis iactare soles, me adverso tumulo in hostem vadentem sequere. Stultus dux altissimum satellitē secutus est. Cetera multitudo temerarios duces fecit collem sub lato clamore subiere. Slavi superiore loco incurfantur, momento temporis eos fuderunt. Pherdolphus & Sculdais temerari facinoris huius capita, in primis merita morte occubere. Secundum eos omnis penē Forojuliana nobilitas loco extincta est. Sab. lib. 4. de Peruffi. Aquil.

CHRISTIANI de Damasci domino certantes, penē captam urbem de manibus amiserunt. Emil.

Sacra expeditione sub Friderico I. Augusto, Philippus Francorum & Ricardus Anglorum Reges, quoad concordies manserunt, adeo acriter hostes premebant, ut Saladinus consilium cedendi illis de regno Hierosolymitano cepit. Mox diffensione inter illos ex emulatione orta, dum alter alteri certat anteferri, ac Philippo per simulationem malæ valetudinis in Galliam suam revertente, Saladinus facillè Hierosolymam quoque retinuit, & postmodò Ricardum ad quas voluit fræderis condiciones adegit. Dnbr. lib. 14.

Henrico VI. regnante, Angli Aurelianenses arcem obsidione premebant, sic ut deditionem facere cogerent. Re delibata, non Anglo, sed Philippo Burgundionum duci se dedere paratos significarunt. Angli turpe ac nefarium exemplum fore iudicantes, si urbem tam longa obsidione pressa, & auspiciis Henrici regis penē capta, in Burgundi, quamvis socii, potestatem veniret, respondere, bellum Henrici regis nomine geri, & eius imperio subijci oportere. Sed duplex inde malum accidit. Burgundionis animus primum offensus est, qui arbitrans, Anglos suæ gloriæ invadere, jam tum de illis malam animo opinionem concepit: deinde Angli obsidionem Aurelianensem relinquere coacti sunt, cum divinitus Joanna puella Lotharinga Gallorum exercitum confirmasset, & Aurelianenses comiteatu introducto recessissent. Polyd. lib. 23.

Regni amissio.

SALOMON Rex cum patre Geyza duce per triennium pacificè regnum administraverat. Bello autem contra Mysios sive Bulgaros suscepto, cum Albam Græcam, quæ Bulgariis faverat, expugnasset, & præsidarii milites Geyzæ fidei se commisissent, qui eos contra crudelitatem regis defenderet: quin etiam Constantinus Ducas Græcorum Imperator, audita Geyzæ clementia, cum eo fœdus percussisset: emulatione accensus Rex adulatoribus frigidam suffundentibus, illudque crebro in insurrexibus: Nec vagina duos capit enses, nec Ungaria duos reges: aperta vi Geyzam percutiens, exercitum amisso in exilium pulsus est. Bonfin. lib. 2. dec. 2.

Christiana Uladislaum Polonorum regem maritum ad Boleslaum, Crispum, Micislaum & Henricum fratres, regno privandos impulit. Sed victus ab iis, regnoque exutus, in Germania exul contabit. Cromer. lib. 6.

Ludovicum Sforciam in Galliam perducit Ludovicus XII. Rex, nullam humanitatis & clementiæ laudem querens, in prædium carcerem sine scribendi solatio conjecit. Hunc exitum habuerunt consilia illius, quibus adeo insolentebat, ut ipsi fortunæ se imperare superbè gloriaretur. Jovius lib. 7. Hist.

Reipublicæ eversio.

Cn. POMPEIUS ambitio infatiabilis cum ipsum perdidit, tum universam Rempublicam Romanam subvertit. Dum enim omnem avocatur gloriam, neque in ejus communicationem admittit quemquam, ac victoriam delibat de Spartaco M. Crassi, dum intrudit se in victorias Luculli Ponticas & Armeniacas, ac præterire levem ex piratis gloriam Meretulo tentat, atque unus esse omnia, unus facere omnia insilit: alienavit ab se optimum & prudentissimum quemque. Unde dum labascentem fulcire parat potentiam suam, adiunxit sibi C. Cæsarem, ex Gallia reversum, cujus opera Crassus & Pompejus reconciliati, societatem inter se contraxerunt, & Cæsari consilium cum legionibus, & provincia Gallia conciliavere. Pompejus inde & Crassus consulatum petentes, renitente Catone, cum per vim occupavere, & Cæsari provinciam in quinquennium decrevere: ipsi sorte provinciam obtinuerunt, Crassus quidem Syriam, Pompejus vero Hispaniam utramque. Crassus bello contra Partios successus est, Cæsari victo Pompejo regnum invasit. Plut. in Crasso.

Aut. Ambrosius Britannorum Rex, Scotorum & Pictorum auxilio victus cæsisque Saxonibus, fœdus cum Scotis & Pictis fecit. Erant Aurelio duæ forees elegantis forma, An-

na & Ada, virgines ambæ. Harum majorem natu Annam Lohio Pictorum regi, alteram Conraro Congalli Scotorum regi fratri matrimonio locavit, consilio Albanos reges diutina concordia vincendi. Scota biennio post obiit; Picta verò liberis habuit. Jam cum mortuo Ambrosio Uter frater in regno successisset, ique Arthurum notum hæreditarii regni relinquere cogitaret: Lohius suis liberis hereditarium regni jus per se frustra conquestus, cum Saxonibus contra Uterum conspiravit. Arthurus tandem ea lege fœdus fecit, ut si mortuo Modredus Lohii filius natu maximus imperaret. Cæterum cum Britanni Pictici sanguinis odio Constantinum Cornejanum ab Arthuro hæredem scribi curassent, Modredus Pictorum Rex in societatem belli petraçto Eugenio Scoto, Arthurum bello petiit. Commisso prælio, Modredus hinc, illinc Arthurus cum maxima nobilitatis parte cecidit: attritusque viribus Britannorum, Saxonibus subigendæ iterum Britannicæ occasio data amplissima. H. Boeth. lib. 9.

Multa.

Q. COPONIUS, quod vini amphoram ei, cujus suffragio magistratum petebat, dono dedisset, ambitus fuit condemnatus. Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 11.

Execratio.

Carolus Calvus Imp. Carolomanum sacris initiatum, sacerdotibus locupletatum, conjurationem in se facere conantem, factorum gradum dejectum, reliqua venia imperavit: jactantemque mox se propterea sacris amotum, ut regi potens esset, luminibus privavit. Emil. lib. 3.

Exilium.

Agrippa Aristoboli filius à patre Herode interfecti, Romæ sese Cajo ita insinuavit, ut Judææ Rex constitutus fuerit. Invidabat ei Herodias soror, Herodi Antipæ Tetrarchæ Galilææ patruæ Agrippæ nupta, & maritum impulit, ut & ipse Romam navigaret. Invitus paruit, mulieris tamen ambitioni cedens, professionem suscepit. Agrippa re cognita, Herodem per literas accusat, quod jam olim cum Sejano contra Tiberium, nunc etiam cum Artabo Partho contra Cajum conspiravit. Argumento esse ipsius apparatus, qui in armamentariis suis haberet tantum armorum, quantum instruerent virorum septuaginta millibus satissaceret. Quare Cæsar commotus, percontatus est Herodem, veracem esset, qui renuntiarentur de armorum numero? Quo annuente (neque enim vera negare poterat) satis approbatam putans defectionem, ademptam illi tetraçchiam ad Agrippæ regnum adiecit, pecuniam quoque ejus donans Agrippæ indicit: Herodem verò perpetuo damnavit exilio apud Lugdunum urbem Galliæ. Cognito deinde, foretum Agrippæ esse Herodiadem, pecuniam ei propriam concessit, ratus, non liberet fore marito calamitatis sociam, & in Agrippæ gratiam se illi paritum promissit. Ad hæc illa, Tu quidem, imperator, ut majestatis dignum est, loqueris; sed mihi conjugalis amor impedimento est, quod minus fruar hac indulgentia: non enim æquum censeo, ut cui secundæ fortunæ sui sociæ, cum nunc in adversa deseram. At ille indignè ferens tam excellentium in femina, ipsam quoque cum Herode expulit, & bona ejus Agrippæ largitus est. Atque hæc fuit vindicta, quam Deus inivit in Herodiadem, fratris successus invide ferenti, tum Herodi inestruofo & ad obsequendum vaniloquentiæ uxoris nimis facili. Joseph. lib. 18. cap. 9.

M. EMILIUS Lepidus, Triumvir cum M. Antonio & Octavio, Africam sortitus cum viginti legionibus, elatus imperio primas sibi partes vendicabat, Octaviumque spernebat, neque auxilium contra Sext. Pompejum petentem juvit. Ex quo ab eodem & exercitu spoliatum, & supplex concessa vita apud Cicerones relegatus in perpetuum fuit. Valerian. lib. 13. cap. 3. Anthrop.

Constantinus Novus, regnum à patre Heraclio accepit: quid doli noveca Martine veneno libatus est, nondum annum imperans. Aliqui quarto mense id accidisse tradunt. Noverca illa, quæ eadem partu velis foror illi fuerat, cum Constantem ex Constantino natum vidisset, timebat, ne filius suus Heraclionas unquam regno succederet: idcirco venenum illi miscuit. Constantino sublatò, arripuit imperium Martina cū Heracliona filio decem annorum: qui ambo cospiratione Senatus ante biennium capti, & in exilium in Capadociam missi sunt. Mulieri lingua præcisa est, ne oratione, qua plurimum valebat, populos commoveret. Puerò abscissus natus, ne devotus aut gratia in vultu miserationem faceret. Ex Sigeb. Cyp. Mori

MITHRIDATES Persa, & Car. quidam miles, Cyri à se interfecti jactantia miserè perierunt. Vide Titul. Emulationes ambitiosa, Moire.

Inter Furii Camilli tertium jam Dictatoris adversarios & amulos princeps fuit M. Manlius, qui ex arce depulsi primus Gallos, cum Capitolium essent nocte adorti: unde nomen illi inditum Capitolino. Hic primatum affectans in civitate, cum bonis artibus superare laudes Camilli non valeret, vim ac tyrannidem affectans, de saxo præcipitatus est. Plut. in Camillo.

DAMNATIO ÆTERNA.

Circa annum Dom. 1560. in conventu quodam S. Dominici accidit, ut post Completorium (inquit frater Anton. Senensis) refectionis locum Frater ingrederetur, cui erat illius cura commissa: qui mox in ingressu videt illum fratris circumquam hora fore collationis faciendæ, & illam expectantem, sedebat. Accurrit ille sine mora ad Priorem, & illud ei aperit. Prior Patrem delirum putat, vel somnia narantem: attamen, dum urgetur, vadit, videt & credit; & ille quoque turbatur, & rem mox confert cum monasterii gravioribus Patribus & prudentioribus: de quorum consilio sacras vestes assumit, & sacrum Christi corpus deferendo, toto conventu comitante se illuc confert, & ad illum sermone directo, qui honorario loco sedebat: eos adjurat, ut aperiant, quinam sint, & ad quid venerint, & quid velint: & ut ad hæc respondeant, illis præcipit in nomine illius Domini, quem gelabat in manibus. Uter autem quando Prior coram illis comparuit cum Venerabili sacramento, illi omnes astiterunt quidem, & capita inclinaverunt, caputia tamen deterruerunt, ut cum minime viderent, & hoc factò iterum sederunt, ita jussum à Priore, ut responderent ad proposita, inclinaverunt. Tandem qui inter eos videbatur præcipuus, respondens dixit: Quod ipsi omnes fuerant ejusdem ordinis religiosi, & pro majori parte Magistris, Priores, Superiores, Baccalarii, Lectores & alius officii donati, & quod omnes damnationis sententiam accepterant: quoniam ambitio multa, superbia, invidia, & alia hujus generis vitia eos fecerunt damnatione dignos; sed quod divina permittebat clementia, justis fuerant illuc venire, ut eos universos ordinis cultores commonefacerent, ut suæ vocationi faceret satis. Nam illi qui minime id præstiterant, omnes damnati erant, & flammis cremabantur æternis, & in signum hujus cuncti in eos aspicerent. Et hoc dictò omnes illi cappas aperuerunt, & singuli eorum flammis circumcincti & incensi vili fuerunt, & tunc inde præcipuus manu in mensa signum dedit, & sic illa visio evanuit, & totus conventus mansit timore contentatus. Ant. Senens. in Chron. ord. Predicator.

Idem anno Dom. 1599. cum quadam die Fr. Tibertius vir sanctimonie laude præstantissimus, sub noctem fratres inviseret, an in lecto de more accubuerint, transivit per triclinium, ubi vidit pleraque lumina, & vocem audivit hominis de superiore loco legentis, vidit plerisque ministrantes. Tandem qui Superioris locum tenebat, factò super mensam signo, sic locutus est: Ambitio & crapula duxerunt nos ad tartara. Et nunc etiam superest velut cicatrix in mensa, perinde ac si signa tacta esset. Mar. del Rio in d'quis. mag. lib. 6. cap. 31. sect. 3.

Cum Arcadio in Oriente Rufinus imperium administravit, vir strenuus, & procerus, singularique prudentia præditus, quam & oculorum motus, & orationis extemporanea promptitudo indicabant: in Occidente apud Honorium eundem locum Stilico quidam obtinuit. Et uterque apud utrumque Theodosii filium imperii nomen & habitum esse permittebat, summam ipse rerum manu & lingua usurpavit, sub Præfecti appellatione Imperator ipsi imperans. Verum neuter istorum, qui ei obvenerat, contentus fuit loco. Si quidem Rufinus sibi ipsi Imperialem in Oriente dignitatem arrogare conatus est: alter autem in filium Eucherium Occidentalem arte quadam transse transferre studuit. Sed utrumque ambitio & conatus fessellit. Rufinum enim exercitus Romanus, qui cum Theodosio adversus tyrannum Eugenium pugnaverat, ad Arcadii, qui more recepto obviam progressus ei extra portas fuerat, pedes, in loco qui Tribunal dicitur, ferro necavit: propterea quod id ut facerent, Stilico militibus iusserat, & quod se illi suspensio naso ab eoderis commoverent, tum autem quod affectat: tyrannidis suspensus erat. Ferebatur quoque fama, Hunnos eum, gentem

Romæ presbyter erat Novatus nomine, qui fastu & jactantia inani sublatus, omnem (ut in proverbio est) moverat lapidem, ut Romanæ Ecclesiæ gubernationem consequeretur. Ubi autem omnia expertus nihil egit (erat enim timore, ambitione & gloriæ cupiditate immensa correptus) in desperationem incidit, & tandem aliud quod faceret non habens, ab Ecclesia seipsum segregans, proprios cæcus cogere, & novam quandam hæresim per defectionem instituire cepit, successione suæ obtentum illum prætexens, quod Episcopi eos, qui sub Deciana persecutione Diis sacrificasset, per cœdè-Hgam penitentiam in gratiam recepissent. Niceph. lib. 6. c. 8.

BLASPHEMIA.

Anno Dom. 537. in una urbium Ciliciæ quidam Theophilus vice dominus tam prudenter, & utiliter secundas partes Ecclesiæ dispensationis sub Episcopo agebat, ut mortuo Episcopo, omnium ore dignus Episcopatu esse acclamaretur. Qui contentus vice dominatu, alium ordinare maluit Episcop. à quo à vice dominatu injustè amotus, ad tantam impatientiâ est delapsus, ut conducto sibi Hebræo quodam Mago, per eum opem ad dignitatem suam recuperandam expeteret à Principe demoniurum, & ab eo justus abnegate Christum filium Dei vivi, ejusque matrem Mariam, cum omni Christianismi proposito, & ipsam abnegationem scripto affirmare, & scriptam signare, & signatam sibi tradere, ejus se servitio addidit. Qui in crastinum recuperato vice dominatu honore, nò multo post ad se reversus, per dies quadraginta omni penitenti modo se affligens, primò piam Dei matrem Mariam sibi reconciliavit, eaque sibi apparente abrenuncians diabolo, Christumque verum Dei filium, utrumque Deum & homi-

A hominem, ex Maria virgine natum, & omne Christianissimi propositum confutens, per eum etiam Christi filii ejus gratiam recepit, & ad indicium indultæ sibi veniæ rursum ei dormienti apprensus Christi mater, etiam scriptum abrenunciacionis, quod signatum diabolo hederat; reposuit super eum. Quo Theophilus recepto, in crastinum, Dominica scilicet die, coram Episcopo & omni Ecclesia pandens ordinem rei, omnes ad stuporem & laudem Dei, & genitricis suæ Mariæ commovit, & in eodem loco, quo sibi pia Christi mater apparuit, perfans, ibidem post triduum mortuus & sepultus est. *Chron. Sigeberti ad an. 537.*
*** DE AMBITIONE ET AMBITIOSIS**
 APOPTHEGmata.

Socrates animadvertens Antisthenem ambitiosius ostentare vestem laceram & detritam, faceret hominem increpavit, & ait: inquit, *ἐπιδοκῶν δὲ καὶ ἰδὼν*, id est, non desines te nobis comere? Significans, ejusdem esse ambitiosis, villitate amidas ostentare, & delicato vultu sese venditare. *Erasm. lib. 8. apoph.*
 Idem. Alcibiades cum Socrati magnifica misisset munera, & Socrates respicere videretur; Xantipe avida dissuavit, & donum magnificum ac indignum, ut non acciperetur, esse dixit. Tum Socrates inquit. Hæc mittit ambitiosè, & nobis nostra est comere? Alii namque videri & laudari cupiunt, dum alios ornant muneribus: alii verò ex eo laudem sibi parare student, quòd præter communem consuetudinem omnia contemnunt: & sic omnibus sua innata est ambitio. *Idem.*

Idem. Quum Antisthenes Cynicus pallium haberet perturbatum, idque obvertens, fistulam omnibus daret inspiciendam; Per fistulam inquit Socrates palli tui, video tuam inanitatem: elegantem notans, turpiorem esse ambitionem ex villitate cultus, quam ex amictu splendido. Atque utinam inter Christianos non sint multi Antisthenes, qui sub veste fusca, vili, fordidaque, plus celent gloriæ, quam alii divites habent in holocaustis ac bysinnis. *Erasm. lib. 3. apoph.*
 Diogenes, quum aliquando perfusus esset aqua, staretque toto distillans corpore, circumstantes aliquot, ut sit, commiserantur hominem indigna passum. Quibus Plato (nam & is forte tum aderat) Si vultis, inquit commiserati Diogenem, abire notans in philosopho gloriæ cupiditatem. Hoc igitur spectaculo quoniam delectabatur, felix erat potius, quam miserandus: at si nullo teste perfusus fuisset, tum verò fuisset miserabilis. *Laert. l. 6. & vide de eodem ante inter historias.*

Plato frugalis quidem erat, sed tamen amans munditiæ: contra Diogenes fordidus. Itaque calcans Platonis culcitram, præsentibus aliquot Dionysii amicis, quos Plato invitavit ad convivium, dixit: Calce Platonis ambitionem. Mox Plato: At quanta superbia tumes ipse Diogenes, dum alienam superbiam te calcare putas? Hoc ipsum ab aliis narratur lepidius. Diogenes dicenti, Calce fastum Platonis: Calce, inquit Plato, sed alio fastu. Nam hoc ipsum fastus erat, quòd jactabat munditiæ contemptum, & qui fordidus gloriantur, non minus ambitiosi sunt, quam qui splendide vestiuntur, sed aliter. Turpior est autem ambitio, ex furo virtutis laudem captans. Socraticum tamen hoc non ascribit Diogeni, sed Platoni Cynico. *Laert. l. 9.*

Quum M. Octavius, duas habens legiones haud procul ab Utica, à Catone postularer, ut inter ipsos de imperio D statueretur: Cato legatis nihil respondit, verum ad amicos conversus, Quis jam miretur, inquit, rem malè gestam esse, quum in ipsa morte in nostris videatis dominandi cupiditatem? Significans, ambitione ducum bellum infelicitercessisse. *Plutarch.*

Rutilius & Scaurus cum competitoribus essent in consilatu, Rutilius tandem Scauto cessit: Sed Scaurus ambitus Rutilium accusabat, quoniam in tabulis Rutilianis scriptum esset, A.F.P.R. atque interpretaretur Scaurus, Actum fide Publii Rutilii: quasi suffragia Rutilius contempserit, nec potuisset fieri consul Scaurus, nisi ex renunciatione Rutilii. Rutilius rursus interpretabatur: Ante factum, postea relatum. Tunc C. Caninius eques Romanus, quum Rufo adesset, exclamavit, neutrum illis literis declarari. Id enim significare: Amilius fecit, plectitur Rutilius. Passus est rellam. *Bruf. l. 1. c. 15.*

Cajus Cotta in ambitione artifex, dicere solebat, se operam suam, quòd non contra officium rogaretur, polliceti solere omnibus, impartire autem illis, apud quos optimè poni arbitretur. *Ibid.*

HORATIUS, quum rediret ad suos, trium Curiatorum fratrum quos occiderat spolia gestans, quorum unum deponens fuerat Horatii soror: virgo illa autem agnoscens sponsi paludamentum, quod ipsa manibus suis confectionem solveret crines, ac flens sponsum mortuum exclamavit; Horatius sororem gladio transivit dicens: Abi hinc cum tuo præposito amore, oblita fratrum mortuorum, vivique, oblita patriæ. Tantum valuit amor laudis & patriæ gloria. *Liv. & Plin. de vir. ill.*

AFER Didio Gallo, qui provinciam ambitiosissimè perierat, deinde impetrata restantiam coactus, querebatur urbane; Age, inquit, Didi, aliquid, & Reipubl. causa labora. *Brufonius lib. 1. cap. 15.*

Croci cujusdam filius ambitiosissimus, cum candidatus in campum descendisset, ac à Cicerone petiit suffragium; Tullius coquam agnoscebat, ait: Ego quoque tibi faveo, Respexit autem Cicerò ad officium hominis, cui ideò favere cuperet, ne faler perderet offam. *Ibid.*

DIOGENES de seipso dicebat solitus est, se implere & ferre tragicas execrationes. Nam etronem se esse, domo & patria carere, mendicum agere, tenui vestitu uti, & in diem vivere. Nihilominus tamen in his non sibi minus placebat, quam Alexander in terrarum orbis imperio, cum subactis Indis Babylonem revertetur. *Alian. lib. 3. de varia hist.*

DAMIS, cum Alexander Magnus per literas petisset, ut Lacedæmoniorum decreto decerneretur ipsi divini honores, & in deorum numerum referretur: Age, inquit, concedamus Alexandro, si velit appellari Deus. Despectam risis fluitantem principis ambitionem, qui putaret, ab iis posse creari deos, qui ipsi nihil aliud essent, quam homines: aut si hoc non putavit, insigni stultitia falsi nominis umbra gloriaretur. *Plut. in apoph.*

Theopompus, cum Pylei decretum edidisset, quo illi tribuebantur summi honores, recitavit: Mediocres honores ipsum tempus auget, immo dicat hoc. Hoc animo quòd excellentius: quòd alii sibi aut vendicant arroganter, aut ambiunt inepete, hoc ultra delatum rejecit, simul & suam declarans modestiam, & amicos admonens, in omni re modum esse optimum. Quin & illud acutè perspexit, quæ subitò crescut in altum, non esse diuturna, quòd genus sunt betæ & cucurbitæ: cæterum quæ paulatim augetur, ea faceret atatem, veluti quercum & buxum. *Plut. in Lacon.*

Julius Cæsar, quum Alpes jam transisset, & præter oppidulum quoddam barbaricum paucis & miseris habitantibus hominibus iter faceret, amicus per jocum ex ipso quærentibus, an & hic de magistratibus essent contentiones, ac de principatu certamina, & potentius emulationes, serio fertur respondisse: Malle se hic primum, quam Romæ fecundis esse. Rursum cù in Hispania per occiures Alexandri gestas letaret, cù cogitandum ad extremum illacrymale, & amicus causam quærentibus dixisset: An non dolendum vobis videtur, me cum id ætatis sum, qua Alexander tot nationibus imperavit, nihil dum memoratu dignum gessisset? *Plut. in Cæs.*

AGRIPPA familiaribus suis dicere solebat, hunc esse morem principum, ut nolint habere quemquam se potiorum. Nam ea quidem, quæ facilem & exploratam viciorum esse videntur habitata, ipsi gerere statuunt: pessima verò quæque & difficillima aliis committunt. Quòd si eveniat, ut opportuna negotia aliis mandare cogantur: graviter ferunt, propter laudem & gloriam corum, qui ea gesserunt, sed sibi ipsi rem bene gestatam gloriam libentè ascribunt. *Xiphil. in August.*

THEMISTOCLES, cum aliquando theatrum pereret, interrogatus cuidam, cuius vocem esset libentissimè auditurus Ejus, inquit, à quo atres meæ quam optime canerentur. Invenit fastus est, & se magno gloriæ studio teneri. Solebant enim olim Musæi, in publico virorum illustrium laudes canere. *Plut. in ejus vita.*

Idem. Themistoclem ferunt virtutum stimulis agitatum, & ob id noctes inquietas exigentem, quærentibus, quid ita eo tempore in publico verteretur, respondiisse: Quia me trophea Miliadidis de somno excitat. Marathon nimirum animus ejus, & Arthemisium & Salamis, navalis gloriæ fertilia nomina illustranda tacitis facibus incitabant. *Plut. in Themistocle. Val. Max. lib. 8. cap. 13.*

TIMON, qui cognomine Milanotropus dictus est, elementa malorum vocabat Avaritiam & Ambitionem: eò quòd ex horum vitiocorum fonte, cætera vitia omnia provenire ac manare viderentur. Timonis dicitur lectet *Strob. l. 4. de injustitia.*

A PHAVORINUS, homines partim esse ridiculos, partim odiosos, partim miserabiles dixit. Ridiculos quidem, qui ambitiosè ad majora aspirant. Odiosos, qui ea consequuntur. Miserabiles autem, qui spe falluntur. *Stob. l. 2. serm. 2.*

AMBIRE NUPTIAS.

Quære Tit. de modo Ambitionis supra.

Ambres.

AMBRES, libet Ægyptiorum divinationibus refertus, ex quo augurabantur de agris, victuri ne essent, an morturi.

Ambulatio.

Ferre, vel non ferre Ambulationem. Vide Tolerantiam affectionem & passionem.

Amentia.

Vide Insania, Stultitia, &c.

America.

QUANDO DETECTA.

TOrum hoc Hemisphærium quod Americam, & propter inmenfam illius amplitudinem, Novum Orbem appellatum, veteribus incognitum fuit, utque ad annum Christi mccccxcvi. quo primum à Christophoro Colombo Genuesi fuit detectum. Omni tamen incognitum fuisse, merito à multis controvertitur. Sunt enim, qui à Platone totum hunc terre tractum sub nomine Atlantidis descripti à alii Plutarcho, & magno continentis appellatione significari, existimant. Ejuoque novissimam hanc inventionem fatidicis verbis à Seneca prædictam volunt.

Veniunt amicus
 Secula seris, quibus Oceanus
 Vincula verum laxat, & ingens
 Patet tellus, Typusque novos
 Detegat orbis.

Vide P. Bem. hist. Venet. lib. 6.
 CUR ITA DICTA? ET AN QUARTA ORBIS PARS?
 Ab Americo Vespucio, qui anno mccccxv. primus justus regis Castellæ, eam, postquam detecta fuerat à Colombo anno mccccxi. exploravit, nomen sortita est ea Regio. Propèr vastitatem quarta orbis pars appellatur, totaque hodie circumnavigatur, præter tractum Septentrionalem, quem tamen Hollandi nostri etiam lustrare ceperunt. Hujus autem pars que Septentrionem respicit, novam Hispaniam, Provinciam Mexicanam, Terram Floridam, & Terram novam comprehendit. Meridionalis, Peruviam & Brasiliam continet. Terra autem Florida demum ab Hispanis occupata fuit anno mdxii. ductore Poncio Legionensi.

QUOMODO POST DILUVIUM, EO HOMINES ET BRUTA VENERINT?

S. Aug. lib. 16. de Civit. Dei, c. 17. tripliciter respondet. Ad Insulas distitas (estque ratio eadem de hac Regione) venisse cum homines, tum bruta, vel subsidio navium, vel nando, vel certè à Deo fuisse ibidem producta. Sed tertia responsio improbabili est: prima, & secunda satis certa: præsertim si attendatur, quod notat Abrahamus Ortelius in sua Cosmographia, hanc continentem versus Septentrionem non ita à reliqua Asia procul distitam: sic ut nullo negotio poterint homines & bruta eò venire, cum & experientia constat, feras per integros dies, urgens necessitate, remare. Quo etiam fit, ut observavit Joseph. à Costis lib. 1. de novo Orbe, cap. 21. quòd in Insulis longè à continente distitis, nulla animalia reperiantur, imò neque ullum humanum commercium fuerit, antequam ab hominibus frequentari ceperint, qui eò etiam boves, oves, & equos invexerunt, quibus nunc abundat. Unde concludit esse: Americam nostro huic orbi continentem fuisse, imò etiamnum aliquibus locis coherere, aut non valde ab eò disjungendam esse: neque enim verus Polus Arcticum omnis America longitudo explorata est hactenus.

AMICITIA.

AMICITIA, Græcè φιλιαι, & quæritis amicus dicitur: Et est amor mutus benevolentie, fundatus super aliqua communicatione. Quæ quadruplex est, secundum quadruplicem communicationem mutam, scilicet Naturalem, Domesticam, Civilem, & Divinam, hoc ex B. T. h. 2. 2. q. 23. art. 1. Amicitia, Hebr. אבהא, à verbo אבה, amavit, dilexit: hinc Gr. ἀγάπη & ἀγάπη. Dicitur etiam Ιεβιδυβ, & cognationem habet cum Dādib, cognatus, amicus de cognatione. Hinc Ιεβιδ, suavis, jucundus, πόρνη suavis. Nihil enim amicitia suavis & jucundius. V. Lexicon trilingue Lugd. p. 57. & 82. Amicitia est omnium humanarum, divinarumque rerum enim benevolentia & charitate summa consensus: qua quidem haud scio, immo excepta sapientia, quicquam melius homini sit à diis immortalibus datum. Aug. ep. 45. & Cic. lib. de Amicitia. Amicitia est voluntas erga aliquam bonarum rerum, illius ipsius causa, quem diligit, cum ejus pari voluntate, Cic. lib. de Inventione Rhetor. Amicitia est benevolentia pacis non latens. Aristot. lib. 8. Ethicorum. Cæterum proprie dicta Amicitia definitur mutua benevolentia in peculiari quadam communiōne fundata; qua communiō & consociatio causa est amandi alterum sicut seipsum, & comiter cum illo tractandi. Sic inter milites est amicitia ratione societatis, & communione militiæ: inter eruditos, ratione communione in eruditione: inter consanguineos, ratione communione sanguinis: inter Religiosos, ratione societatis vitæ religiose: inter Deum & hominem, ratione communione bonorum supernaturalium, & maxime ratione communione gloriæ, quam præstolamur in cælo, qua Deo erimus simillimi. Quando tamen communiō ad plures se extendit, laxior fit amicitia, & facile evanescit: sic communiō religionis Christianæ, que olim, cum pauciores essent Christiani, erat vinculu archissimæ amicitie, postea cepta est negligi, tanquam ad amicitiam, sine alio magis particulari nexu, insufficientis. Unde differt amicitia ab affabilitate, quòd hæc non requirit talem communione. Neque enim ideò quis benigne cum alio tractat, quia amicus est, sed quia ita congruere existimat ad vitam sociale.

AMICITIA ORIGO, ET NOMINA VARIA H QUIBUS A VETERIBUS celebrata.

De primis hominibus narratur, cum sparsim habitarent, invento ignis usu & commoditate, in unum coire, & amice vivere ceperunt. Unde ἁπλοῦς primum dici ceperunt, ἁπλοῦς ἅπλοῦς, ab igne. Inde Galli dicunt, oppidum frequens constare quingentis, septingentis vel mille ducentis ignibus: ἁπλοῦς etiam, quasi ἁπλοῦς ἁπλοῦς ἁπλοῦς, à puteis. Et hæc pagorum, qui παρὰ τὰ πύργους, à fontibus dicti sunt, item τὰ ἀπλοῦς, burgorum, vicorum, oppidorum regio. Hebræi amicitiam, amorem sincerum, amicos, variis vocibus, observati dignissimis, exprimunt. Pleraque, si non omnes, describemus. Verbum אבה, amavit, dilexit, cognationem habet cum אבהא, voluit, item cum אבהא & אבהא, appetivit. Græci ἀγάπη, amor; ἀγάπη, amor, charitas; Οὐχ, amicus, is cuius desiderio afficimur. & Αβη, Ladib, charus, amicus, dilectus, suavis, jucundus. Cognationem habet cum Dādib, cognatus, patruus, amicus ex cognatione. Amicos enim veluti cognatos, & consanguineos diligimus.

Exillimæ Torriell. in suo Chr. ad ann. Mundi 1931. recurrendum hic ad suam Dei providentiam: qui sicut Angelorum ministerio ante diluvium, omnia animalia in Aram compulsi: ita eorumdem opera post diluvium, per varias terras & Insulas fuisse dispersita. An sit Americam nostri Antipod. V. ANTIPODES. AMERICÆ PRINCIPES. P. ex loco de Magistratu. Tit. Magistratus Chronologicè consideratus, in fine.

Amicitia. Amici.

Amicitiam hic consideramus vitæ humanæ glutinum, quam inter Beatorum publicæ accidentia Philosophus annuebat, & ea quidem communissima. Ad quam quidem tria Isocrates requirit, quæ maxime virtutem tanquam honestam: familiaritatem, ut juveniam: & usum, tanquam necessarium.

DEFINITIO & ETYMOLOGIA.

AMICITIA, Græcè φιλιαι, & quæritis amicus dicitur: Et est amor mutus benevolentie, fundatus super aliqua communicatione. Quæ quadruplex est, secundum quadruplicem communicationem mutam, scilicet Naturalem, Domesticam, Civilem, & Divinam, hoc ex B. T. h. 2. 2. q. 23. art. 1. Amicitia, Hebr. אבהא, à verbo אבה, amavit, dilexit: hinc Gr. ἀγάπη & ἀγάπη. Dicitur etiam Ιεβιδυβ, & cognationem habet cum Dādib, cognatus, amicus de cognatione. Hinc Ιεβιδ, suavis, jucundus, πόρνη suavis. Nihil enim amicitia suavis & jucundius. V. Lexicon trilingue Lugd. p. 57. & 82. Amicitia est omnium humanarum, divinarumque rerum enim benevolentia & charitate summa consensus: qua quidem haud scio, immo excepta sapientia, quicquam melius homini sit à diis immortalibus datum. Aug. ep. 45. & Cic. lib. de Amicitia.

Amicitia est voluntas erga aliquam bonarum rerum, illius ipsius causa, quem diligit, cum ejus pari voluntate, Cic. lib. de Inventione Rhetor. Amicitia est benevolentia pacis non latens. Aristot. lib. 8. Ethicorum. Cæterum proprie dicta Amicitia definitur mutua benevolentia in peculiari quadam communiōne fundata; qua communiō & consociatio causa est amandi alterum sicut seipsum, & comiter cum illo tractandi. Sic inter milites est amicitia ratione societatis, & communione militiæ: inter eruditos, ratione communione in eruditione: inter consanguineos, ratione communione sanguinis: inter Religiosos, ratione societatis vitæ religiose: inter Deum & hominem, ratione communione bonorum supernaturalium, & maxime ratione communione gloriæ, quam præstolamur in cælo, qua Deo erimus simillimi.

Quando tamen communiō ad plures se extendit, laxior fit amicitia, & facile evanescit: sic communiō religionis Christianæ, que olim, cum pauciores essent Christiani, erat vinculu archissimæ amicitie, postea cepta est negligi, tanquam ad amicitiam, sine alio magis particulari nexu, insufficientis. Unde differt amicitia ab affabilitate, quòd hæc non requirit talem communione. Neque enim ideò quis benigne cum alio tractat, quia amicus est, sed quia ita congruere existimat ad vitam sociale.

AMICITIA ORIGO, ET NOMINA VARIA H QUIBUS A VETERIBUS celebrata.

De primis hominibus narratur, cum sparsim habitarent, invento ignis usu & commoditate, in unum coire, & amice vivere ceperunt. Unde ἁπλοῦς primum dici ceperunt, ἁπλοῦς ἅπλοῦς, ab igne. Inde Galli dicunt, oppidum frequens constare quingentis, septingentis vel mille ducentis ignibus: ἁπλοῦς etiam, quasi ἁπλοῦς ἁπλοῦς ἁπλοῦς, à puteis. Et hæc pagorum, qui παρὰ τὰ πύργους, à fontibus dicti sunt, item τὰ ἀπλοῦς, burgorum, vicorum, oppidorum regio. Hebræi amicitiam, amorem sincerum, amicos, variis vocibus, observati dignissimis, exprimunt. Pleraque, si non omnes, describemus. Verbum אבה, amavit, dilexit, cognationem habet cum אבהא, voluit, item cum אבהא & אבהא, appetivit. Græci ἀγάπη, amor; ἀγάπη, amor, charitas; Οὐχ, amicus, is cuius desiderio afficimur. & Αβη, Ladib, charus, amicus, dilectus, suavis, jucundus. Cognationem habet cum Dādib, cognatus, patruus, amicus ex cognatione. Amicos enim veluti cognatos, & consanguineos diligimus.

AMICITIA ORIGO, ET NOMINA VARIA H QUIBUS A VETERIBUS celebrata.

De primis hominibus narratur, cum sparsim habitarent, invento ignis usu & commoditate, in unum coire, & amice vivere ceperunt. Unde ἁπλοῦς primum dici ceperunt, ἁπλοῦς ἅπλοῦς, ab igne. Inde Galli dicunt, oppidum frequens constare quingentis, septingentis vel mille ducentis ignibus: ἁπλοῦς etiam, quasi ἁπλοῦς ἁπλοῦς ἁπλοῦς, à puteis. Et hæc pagorum, qui παρὰ τὰ πύργους, à fontibus dicti sunt, item τὰ ἀπλοῦς, burgorum, vicorum, oppidorum regio. Hebræi amicitiam, amorem sincerum, amicos, variis vocibus, observati dignissimis, exprimunt. Pleraque, si non omnes, describemus. Verbum אבה, amavit, dilexit, cognationem habet cum אבהא, voluit, item cum אבהא & אבהא, appetivit. Græci ἀγάπη, amor; ἀγάπη, amor, charitas; Οὐχ, amicus, is cuius desiderio afficimur. & Αβη, Ladib, charus, amicus, dilectus, suavis, jucundus. Cognationem habet cum Dādib, cognatus, patruus, amicus ex cognatione. Amicos enim veluti cognatos, & consanguineos diligimus.